ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-v
243 a

A-5
243 a

CHARTREUSE de **TRISULTI**

Saint-Barthélemy

(PROVINCE DE SAINT-BRUNO)

ANNALES

Ex Codicibus Ven. Patris Domni Palemonis BASTIN

Index

f.3 Annales Cosenza - Marucci
1206 a 1249.

f. 211 Vecchiena relevée de ses cendres .....

f. 311 Lettre de D. Gabriel Fulconis

f. 315 Liste des chartreux dignitaires de cette église.

✝

J. M. J. B.

EX-ARCHIVO MAJORIS CARTUSIAE

Annales Eremitani

Tempore admodum Rin. Patris D. Joann: Bapt: Cosenza Generis Sanctorum professi, et hujus Cartusiae Eremitanae Prioris meritissimi; anno ejus postremo


(D. Vincenzo Mª Mauceri)

Per me D. V. M. M. F. C. S. D. conjectati

Anno Dñi 1692

+

J. M. J. B.



Annales Eriseltani

Eemplore admodum Ven. Patris D. Joann. Bapt. Cosenza Domus Sanctorum professi, et hujus Charusiae Eriseltanae Prioris meritissimi, anno ejus postremo.

(D. Vincenzo Maria Marucci)

Ser.me D. V. M. M. J. C. S. S. computati, anno Dñi 1692

Praeludium in Annales

Ad Lectorem humanissimum

1 Genitibus projecto innarrabilibus magna, et quidem exuberans Ven. Patrum praedecessorum nostrorum sinplicitas deploranda minime non est, quippe qui parum ergo posteritatem suam officiosi, non nobis narraverunt mirabilia Dei, quae fecit illis, nec quanta audierunt et cognoverunt ea: non sanctorum Patrum nostrorum laudabilem conversationem et vitam, seu illorum praeclara dicta, vel facta, neque ceteroquin mores et gesta, et mores nullamque aliam eorum quae digna relatu apud ipsos facta sunt et evenerunt (praeter aliqua ad oeconomiam potius ac res domesticas pertinentia, eaque etiam mutila et perturbato ordine simul permixta) memoriam nobis prodidere. Et tamen edacitati temporis aliisque rerum vicissitudinibus id adscribendum: seu potius Venerandos illos majores nostros in supernorum contemplationem penitus absorptos, sibique tantum metipsis attentos, ab exterioribus hisce studiis atque inferioribus occupationibus longe alienos extitisse existimamus; et Augustino alta voce clamante: Laxatis ergo curis mutabilium rerum, bona stabilia et certa quaeramus, supervolemus terrenis spectibus nostris.

2 Quomodocumque autem factum sit, inficiari minime valet quod sicuti longe ceteris praestantius superiusque Philosophiae studium perhibentibus, eo etiam reprehensibilius nullo non tempore fuit, quae utilia vel cognitione digna, aut ad imitationem praeclara videbantur, silentio obruta posteris admere, necnon hujusmodi rei in humanis actibus tam necessariae, quique viventibus tam maxime utilis tanta et tam grandis indigentia

6 3 Ut igitur huic malo opportune aliquando provideatur, quaeque tandiu quasi in oblivione jacuerunt, cunctis pateant evidenter, necnon ab imminenti interitu jam jamque veritura cetera revocentur, ego D. V. M. M. P. L. S. D. hujus sacrae Eremitanae Domus professus, aetatis meae anno XXXIII, professionis III, incarnationis vero Dominicae sexcentesimo nonagesimo secundo supra millesimum, proposui in mente mea, ab ipso hujus sacrae Cartusiae nostrae fundationis exordio omnem rei gestae seriem, nonnullorum etiam Patrum (quorum scilicet adhuc superest memoria) vitam, et exitum, et omne quicquid ad utramque politiam, et gubernationem attinet, omnesque contractus, emptiones, venditiones, aliasque stipulationes, transactiones et pacta; omnes donationes, hereditates et legata huic sacrae Domui relicta; omnes Benefactores, largitiones et munera, impositiones et onera, juridictiones et jura, exemptiones, honores, privilegia, concessiones et indulta; necnon et Domesticas atque civiles contentiones et jurgia, lites omnes, atque controversias, variosque fortunarum casus et eventus; et si quid aliud est quicquid illud sit quoque ordine et Anno actum est, enucleatius, quo fieri poterit, retexere atque in unam seriem connexa, ~~ac Annotationum formam redigere adjuvante Deo, cum~~ servato cujusque rei ordine in annalium formam redigere adjuvante Deo: cuncta distinguere ~~ita distinguere~~.

4 Quamvis, proh Dolor! in tanta rerum ac temporum vetustate, concurrente praesertim (ut jam dixi) Majorum nostrorum ab ~~his~~ bis exterioribus actibus alienatione plenissima, plurima jam penitus sint extincta; et quaedam sese ultro offerunt, de quibus nihil praeter auditum habemus; quae tamen in veterum Patrum auctoritate posita, sorte risque successivo ordine hereditario relata traditione fuerint transmissa, minus semper (nescio quo pacto) videntur habere veritatis, ex quo ~~plurimorum~~ per plurimorum ~~hominum~~ ore haud consona voce hinc et illinc circumferuntur. Cetera vero, quae potiora censentur, carptim ex hinc et illinc, et praecipue ex pluribus

scripturarum laceris fragmentis, necnon ex veteribus Domus nostrae monumentis labore maximo erunt excipienda.

5 Adeuam (fateor) longeque viribus meis superiorem provinciam inermis aggredior, doctrina virginum et eruditione carens. Verum quia usus mea plurimum vetustatis amica, quae discendo celebrat, et antiquorum gesta patrum sollicite rimando; magna dilectatione ducitur, ad ea me detrusit quae alias mei ingenii non erant. Summo propterea studio cavendum erit et accurate vigilandum ut haec quae scribere sum exorsus, si non decore, minus saltem indecore, quia vi delicet usitato more nostro loquendi plane atque fideliter pro viribus a Deo traditis absolvam.

6 Quare in hoc uno admonitum te volo, lector amantissime, quisquis es, ne livido dente, male fortasse tuasus labores hosce nostros admirabili quodam dicendi lepore me tibi perornatos exhibere; ad verborum corticem conversus, medulla relicta, ceu rudes et impolitas lanienes; quia cum nullo ingenii acumine, sermonisque elegantiores floream, ornatu omni atque venustatis nuncium remisi, extraneum maxime ab hoc meo proposito, et instituto nostro ratus, sub praeb quasi pedagogicae disquisitionis singulas calcando dictiones, et verba, tempus hoc valde pretiosum in affectandis hominum laudibus tam inutiliter expendere.
Sufficit mihi pro mercede utilitas, pro praemio benigni lectoris humanitas, qua parvitati ac temeritati meae compati, hosque etiamsi nostros gratanimo suscipere et non dedigneter, cui vices reddet ampliores justus ac misericors Deus, qui semper abunderanter retribuit abunderanter facientibus misericordiam, cui sit honor, laus, potestas et gloria per immensa saecula. Amen.

Introductio ad Annales

1 Solent plerumque scriptores peribustes antequam ad historiae seriem descendant, altius materiam repetendo ab urbis vel alterius provinciae seu loci descriptione, ubi potissimum res gesta agitur exordium sumere, ac primae eam gentem originem, nominis etymologiam, domorum nationis causam aetatisque qualitatem, et alia ejusmodi cabovo usque ad mala referre, politioreque stylo et venusta te maxima, quae inclyta sunt et notabiliora per ad oculum ostendere. Quod nostrum imprasentiarum facere convenit, ne scientiam meam breviter magis quam utiliter jactitare videar; praesertim quia coram his haec scribo, qui satis superque Domum quam inhabitant intelligunt. Nonnulla tamen quae sermonis ratio postulat, interseram breviter prout in buccam venerit, non ales re prorsus erit praemittere, ne abortivum foetus legentibus exhibeam.

3 Unusquisque nostrum satis cognitum perspectumque est, inter Hernicas arces, in jugorum ibus petrae et in caverna macriae sacram Domum hanc vestram a mundana conversatione sejunctam, haud immerito ju ere, quae rebus exaltatum in Libano et quasi cy pressum in monte Sion, ut a lupis et ursis, aliisque feris animalibus habitata, et ex omnibus par tibus per circuitum nemorosis asperisque vallat mon tibus ac ypsilucis, imaginem horroris et vastae so litudinis prae se ferret.

4 Haec quamvis insolite nata Regio peregrinis Da, Deo tamen semper gratissima sanctissimque hu Extractum multo non tempore fuit; et hoc Ericuli nomen accepit (si veterum Patrum traditionibus credere fas est) a quodam nunc diruto Castro, tunc temporis Ericuli pariter appellato, quod contra Monasterium ipsum e Regione Orientis in Colli vertice jacebat, inter prin et ecclesiasticae Ditionis Siciliaeque citra Farum regni; cujus destructionem et causam memoratu perbelle hoc parte

delineavit

Carmine Delineavit guidam Latinus nostrorum Decano

1607. Miscellanea n° p°

Miscellan
n° p°

Perche Eriselto hora s'appella, e come
E la Certosa, e questo del paese,
Succintamente narrarotti come,
Se di saperlo pur hor'hai voglie accese.
Fu già un Castello, e fu Eriselto il nome
D'Illustrissimo Seppo Colonnese,
Ricetto di ladroni, infame luoco,
Guasto, e distrutto poi con ferro, e fuoco.

Questa, come si narra, picciol Terra
Fondata fu gran tempo in picciol giogo
D'un erto monte, che gran bosco Serra
Ingombra l'aria, e impalludisce il luogo,
Ov'un Castello vicino esculta guerra
Mosse, per farn'infin vendetta, e rogo,
E tanto operò col senno, e con la mano,
Che, come segue, fu adeguata al piano.

Giva ad un lino quella gente in festa
Del rio Eriselto a celebrar divoti,
Con canti, e prieghi anniversaria festa,
Celando con tal manto i cuori ignoti,
Quando l'oste vicin per la foresta
Le sue forze nasconde, e parte ai voti
Sette n'invia, e seco negli agguati
Parte ritiene de suoi migliori soldati.

Ordine manda il Duca, e disciplina,
Che non si muova alcun avanti il segno,
E quello udito, a sacco e a ruina
Tutto si dia, senza quiete, o ritegno.
Esso fra tanto al luogo s'avvicina,
Giungendo a forza ardir, e accorto ingegno,
Ove s'appiatta, e aspetta l'oste in via
Perch'il fio paghi di sua fellonia.

Rese adunque le grazie si partia
Il volgo Eriseltano mal accorto,

10

Quando che da improuto assalto in via
sconfitto resta dal nemico, e morto.
Abbada al segno il duce, che sabia
Al misero castello, che monta il tutto
Con' degli empi una vendetta fero
Salvando il tempio, e core sacre el clero. "Hoc ille

5 obscurta solis, quo Neapolim respicit, prae caeteris mon-
tem habet praeruptum et altum, qui longo ambitu
ad septentrionalem usque plagam circumfertur, aspectu
etiam ipso terribilem, per ipsaque praecipitia fovae forsane 8
et cruenta plura hinc inde manent; et inter haec
juxta abbatiam veterem, sursum oculos prauxillium eri-
gendo, cryptam quandam cognitur haud facili ascensu,
mox in sacellum ad honorem D. Dominici congrega-
tionis Cassinensis abbatis conversa, qui eam circa
annum Dominicae nongentesimum nonagesimum sextum
miscellan. (ut scribit Ludovicus Jacobillus in Vita ejusdem Sancti) pluribus annis
N: 2: in jejuniis et orationibus magnaque vitae austeritate solus
et inscius jugiter incoluit, donec misera ejus abstinentia
Vitaeque sanctimonia, ac plurimum miraculorum virtu-
te facta illustris, et inde notis omnibus hanc circa 9
regionem et ultra Domicilium habentibus, divinoque
6 eloquio admonitus, anno circiter a Dominica in-
carnatione nongentesimo nonagesimo nono (si eidem
Jacobillo credendum est, nihil enim apud nos certius habemus) ex hac
insula ad ejusdem montis radices descendit, ubi aquae
Dulcis fons crystallinus usque in praesentem diem
habitur, ut latiorem ibidem eremum, cum plateamm
juxta aquas, sub invocatione et protectione S.
Bartholomaei Apostoli, pluribus assumptis sibi
sociis, constitueret, in quo solitariam vitam, strictio-
ris observantiae studio flagrans, cum illis ageret.
7 Ex hac interea supra praecelsa, Dum omnia
ad hoc sanctum crucifixum erigendum opportuna pa-
rebantur et apta bantur operi, ac ipsemet S. P. 10
Dominicus personaliter eidem incubuit, cacumen
tum et lapides cum sociis asportando, operi
rios suos in hoc humilitatis ministerio adju-

rabat unaque simul docebat, precepsque et exemplo
invidi Demonij ope, a summo cacumine deorsum desci-
disse fertur tanta, et tam grandis immensi lapidis
moles, ut ejus impetu, et magnitudine recens illud
edificium solo penitus protinusque aequare valuisset,
ni mira res! ad nutum veri Dei, expresso super eam
salutiferae crucis signo, illico stetisset immobilis hae-
rens in terra, quae ceu benigna mater, ne ulterius in-
ferius que iret, excepit clabentem in sinu suo, quas
os adaperiens ut illud prae grande saxum deglutiret.

In hoc igitur loco, absoluto per eundem S. Abbatem
Dominicum novi monasterii edificio, ad suam, et
sociorum ejus inopiam sublevandam non defuit fide-
lium pietas, piorumque hominum caritas, quae lar-
ga manu plurimas eidem S. Patri ejusque succes-
soribus terras, et eleemosynas tradiderunt; neque etiam
Summorum Pontificum munificentia, qui pluribus
privilegiis, et immunitatibus bona super acquisita
eorumque personas decorarunt, et nos referre non
pigebit, ne quidquam praeterire videar, quod vel
curiositati Lectoris conferre queat.

Juxta supradicti Ludovici Jacobilli sententiam,
quam aliunde confirmare non possumus, hoc Cart.
Dominici monasterium xix lectionum attigit saeculum
in cujus exordio Summus Pontifex Innocentius Tertius
(ut inferius suo loco dicetur) Carthusianos coetui locum cessit.
Eamen nihilominus in hoc tam brevi decursu
rum et octo circiter annorum ambitu plurimum
aut nihil (quod equidem doleo) suppetunt memorandum:
Quandoquidem hujus novae Congregationis Ven. Abba-
tes, qui successivis temporibus huic monasterio praefue-
runt, nomina decem, discontinuato etiam ordine,
et pauca quaedam alia libuit invenire.

Abbatiae veteris Venerabiles Abbates.

1°/ S. Dominicus Abbas, aliorum dux et Pater. 2°/ Ubaldus Abbas. 3°/ Albericus Abbas. 4°/ Albertus Abbas. 5°/ Benedictus Abbas. 6°/ Joannes Abbas. 7°/ Benedictus Abbas. 8°/ Lotherius Abbas. 9°/ Rudolphus Abbas. 10°/ Gebuinus Abbas.

Tempore S. Dominici

11 Sanctum Abbatem Dominicum horum ducem et monachorum duodecim tantum annis huic cenobio praefuisse, supradicto Jacobillo in vita ejusdem Sancti referente, cognovi. De his autem super hoc nihil certius habemus praeter cujusdam Donationis memoriale eidem sancto Abbati facta de anno

12 1024, quam, quia saepius in his Annalibus nostris venit repetenda propter lites et scandala exinde orta, non immerito hic, prout jacet, transcribendam censui. Quinimo si cessassent cum scandali petram et torrentem inundantium litium atque malorum nonne cuperem, non longe a veritatis tramite abesse ex infra dicendis certo certius apparebit.

Donatio facta S. Dominico Abbati ab hominibus Collegiordi

13 In nomine Dni Dei Salvatoris, anno Dominicae incarnationis, Pontificatus D. Joannis summi Pontificis, et universi Sanctissimi nonodecimi Papae in sacratissima Sede Beati Petri Apostoli anno primo, Indictione secunda, mense Augusti die xx. Ego Ettaro nobilis vir, filius Locarii bonae memoriae, unà simul cum Ildicio Abbati viro, germano meo necnon et Actone nobili viro, filio Deodati bonae memoriae, atque Petro nobili viro, filio quondam Anatone, ac Amico nobili viro, filio Joannis; et Barino, filio Leonis; pro nobis, et omnibus aliis consortibus nostris et habitatoribus Castelli, quod appellatum Collegiordum, Commanens prope Atlanum, considerantes, et recordati fuimus de Dei omnipotentis misericordia, pro remedio animae nostrae atque parentum nostrorum, ut habeat de nobis Dominus misericordiam in aeterno judicio, quando veniet judicare vivos et mortuos. Et dicat: Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi; et non nos cum illo et cum animabus nostris portionem habeamus in vitam aeternam et ante Dominum

Donatio Collegiordi pro decimis Silvae Citi

(b) Cf. Dipl.

13

(c) ab supra

(d) Legi bi C

Sanctus Bartholomaeus apostolus sit nobis protector et defensor ante tribunal Christi; nullus nos penitus cogente atque contradicente vel suadente, aut vim faciente, sed propria et spontanea que nostra bona voluntate, ideo quidem vobis Domino Donnuco Dei gratia religioso Abbati, et successoribus vestris, qui estis in ecclesia usque in finem, et ecclesie S. Bartholomaei Apostoli Domini nostri; positae in fundo qui est Ecim, in loco ubi dicitur Rio Fortuni; omnem portionem nostram desuper, quae est Ecim, cum terris cum vineis cum cultis et incultis, cum silvis, vallibus, et collibus, et cum aqua viva exiva, et cum aquaeductis, ac cum omnibus ad eam pertinentibus infra designatis finibus. Et primo latere subtus se est collis qui nominatur Limone; a secundo latere super se Saxi magni; a tertio latere rivus desuper est Ecim inter ista aquaeductus, quae appellatur Flumicello; et a quarto latere (a) rivus desuper est Ecim. Inter ista latera suprascripta concedimus omnem portionem nostram et de consortibus nostris suprascriptae Ecclesiae S. Bartholomaei, et abbatibus et monachis pro tempore existentibus, et quicumque filius, aut filia, vel alii consortes nostri venerint contra omnia quae scripta sunt ille sit maledictus cum omni maledictione celebri, et cum Juda portionem habeat; sed semper stare suprascriptam donationem, et defendere promittimus vobis omni tempore, et ab omni homine et in omni loco, ubi vobis, vestrisque successoribus, qui pro tempore sunt, necesse fuerit. Quod si non fecerimus, et de praedicta defensione distulerimus, et minime defendere vobis vimus, (b) aut in aliqua suprascripta portione nostra, sicut suprascriptum est, contendere voluerimus, quibuslibet ingeniis aut dolis vel ingeniis, quod sensus humanus capere vel intelligere potest, non solum periurii poenam incurrere, verum et datores nos promittimus ego et suprascripti filii mei, Ilicio, Acto, Petro, Arnizo et Raino, et una cum haeredibus nostris componamus insuper (c) Ecclesiae S. Bartholomaei apostoli, et abbati et monachis auri uncias tres obrizi (d), et post poenam solutionis in sua haec carta firmitate. Quam scribendam rogavimus Lupprandum

(a) alia lectio dicit Rivus Decii 14

(b) alia lectio dicit ut

13

(c) alibi dicitur suprascriptae.

(d) Legitur alibi obrizi.

(E) Alia lectio dicit Sontii

rebellionem civitatis Alatrinae, mense et indictione suprascripta: signum Mari et Leti et Petri, qui hanc cartulam fieri rogaverunt: signum Filii [illegible] (E) qui hanc cartula tene. Filio vero vocatus est et subscripsit, Petrio vero filius Lovis in hac cartula testis subscripsit, Petrio vero filius et Ego Lupiprandus tabellio civitatis Alatrinae, complevi et absolvi: ||

Non est ignorandum hujus donationis tenorem extractum per me fuisse ex tribus exemplis in archivio nostro existentibus summa adhibita diligentia: quia cum inter se ex in multis esse varia et partim mutila, partim observatorem, ex hinc et illinc quod unus decuit, multos accipiendo, in suprascriptam formam redegi. Nihil tamen immutavi, nihil novi superaddidi; sed tantum defectus unius cum altero supplere, erroresque evitare studui. Fuit, prout in dicere est in alphabeti collipardi primo, littera O. in XXIII.° litt.ª X; et in XXV.° litt.ª H. R.R.R. [illegible]

17 Et Vicani pariter homines collipardenses eodem jam insequenti, anno nox subsequenti, mortali in mirum salutis millesimo vigesimo quinto, donaverunt et libere concesserunt eidem B. Dominico Abbati ejusque monasterio et successoribus ejus omne jus et proprietatem quod et quam habebant in eodem loco et silva Eci, prout ex ipso Donationis instrumento exinde confecto liquido apparet, quod sic habet:

Donatio Vicanorum Silvae Eci.

In Nomine Dei Dei Salvatoris nostri Jesu Christi Dei propitio, Pontificatu Dni Joannis Summi Pontificis, et undecimo Papae anno 2.°, indictione quarta, mense Augusti, die XXVIII, ego Leo Sanctidni Hebdomadis, Joannes Diaconus, Ilo, Tobias, Leo alius, Leo Lupi, Decidatus per Ebiter, Hebdomadis filius Joannis, Ebiliniarius, Ego Joannis Cary, Ildemundus, filius benefactus Leonis, Joannes filius Concini cum parentibus et consortibus nostris et Joanne Albo judice, Sergius

Constantii, Joanne Ferrario, Octone Comitii, Leone filio
Ubi Albi et Portiolato, praesentibus et consentientibus
omnibus hominibus Castri Vici pro Dei omnipotentis
misericordia et Redemptione animarum nostrarum
et parentum nostrorum, propria et spontanea vo-
luntate concedimus et donamus Ecclesiae S. Barthol
maei Apostoli, quae posita est in fundo et sub Di-
citur Rivus Fortuni et tibi D. Dominico Abbati
tuisque successoribus, qui in eadem ecclesia intratu-
ri sunt ad serviendum Deo, proprietatem de haereditā
te nostra, quae est in Eci, in loco ubi dicitur Rivus
Fortuni, id est, terram vementariam sectionalem
cum Sylva et aspretu et omnibus ad eam pertinen
tibus designatam inter hos fines: ab uno latere Ec-
clesiae Abbatiae juxta Rothmariam; ab alio latere terra
nostra, quae respicit Rechum Lupranium et
mittit in flumen, unde aqua pergit, ab alio
latere Ecclesia mala. In ipsa suprascripta terra et
+Latera! Sylva inter istos supradictos latera +quas vobis per
cartulam Donationis Traditimus, nullus episcopus
neque Monasterium habeat potestatem, nisi
tantum et Filius et Spiritus Sanctus, et nullus
alius ibi Dominetur nisi nos et genus nostrum
permittat cum ipso jam D. Dominico et succes-
soribus ejus. Insuper quando ipse Abbas de ipso monas-
terio migraverit, licentiam habeat ipsa Congregatio eligere
Abbatem, qualem inter se praeviderit melioren. Et nos
defendere promittimus vos in omni loco, ubi tibi D. Ab-
bati, et tuis successoribus opus et necesse fuerit. Quod si
nos, et haeredes nostri defendere noluerimus, simul excom-
municati et anathematizati a Deo omnipotenti, San-
ctis Apostolis, Martyribus, Confessoribus et Virginibus, et
habeamus partem cum Juda traditore in infernum et
ardeamus in sulfure et igne. Et insuper obligamus
nos et haeredes nostros componere praedictae ecclesiae
et tibi Deo Dominico abbati, tuisque successo-
ribus libras centum monetae optimae, et postea ista car-
tula Donationis firma fiat, quam scribi rogavimus

per Lupranum tabellionem civitatis Matrisue, anno
et indictione suprædicti: signum suprædicti Lanfrei
qui hanc cartam donationis cum consortibus suis fieri
rogavit. Hardus tabellio rogatus est testis, Grimus si-
mi Constantii rogatus est testis. Leo filius Ebli Ioan-
nanis rogatus est testis, et ego Lupranus Barba
lio civitatis Matris complevi et absolvi. " (Bullae con-
firmatae n° II, et Vici n° X.)

18 tempore abbat. Ab. 1076

D. Ubaldus abbas suprædictus, huic Monasterio præ
erat de anno 1076, quo tempore sub die 19 Aprilis, longin
et Eboballus Vicinenses, germani fratres de Collepar
do donaverunt eidem Monasterio omnia eorum
bona ubicumque existentia, ut apparet ex contractu
rogato per acta Joannis notarii. (Alphab. Collisparii
V. litt. V.

19 tempore abbatiæ Ab. 1124

D. Albericus abbas Ecclesiam suam regebat de anno
1124, in quo sub die 3 Januarii, Joannes filius civis
Matrinus et Castri Vici habitator, donavit terram
positam in Collignano juxta bona ejusdem Ecclesiæ
S. Bartholomæi, et sedimen positum in monte Vici
juxta eam pariter suprædictæ ecclesiæ a duobus
lateribus. Grimaldus notarius scripsit. (Alphab. VIII Vici
Litt. J).

20 tempore Alber ti abb. 1136

D. Albertus abbas tempore Innocentii secundi flo-
ruit, et de anno 1136, 10 Maii, pertente lite inter ipsum
et Joannem Alrigi super quadam domo ad monaste-
rium præfatum pertinente, hic Joannes abbatem
litigio ipsorte recedens, renunciavit et tradidit
D. D. Alberto abbati domum prædictam cum
omnibus juribus sibi quomodolibet super eam com-
petentibus et competituris. Rogato quoque cuncta
in acta stipulationis hujus contractus suprædictus
D. Abbas D. Joanni renunciauti actualiter per-
solvit solidos duos denariorum Rigienium, quos
ipse ab eo traxit et recepit, et promisit inde
amplius molestiam non inferre sub pœna ab-
inde solvendorum. Deinde Lunbus notarius scripsit.
(Alphab. VIII Vici, litt. C.)

19 20 Super hoc tamen adverte, quod in hujus instrumenti
serie inscriptum est nomen Anacleti secundi, falsi Pon-
tificis, et non alterius veri, et Summi Pontificis, Innocen-
tii minimum secundi, cujus tempore (ut diximus) hæc
stipulatio facta est. Unde non absurde licet ingerere, falso
non vero hunc abbatem adnaesisse Pontifici.

21 Tempore Benedicti abbatis. 1138 Benedictus abbas anno Dni 1138 huic moderabatur
ecclesiæ; cujus gubernante filio Teodati filius, eodem
anno, die prima Decembris, donavit omnia bona sua
quæ habebat in Castro Collispardi, cum hoc tamen
pacto et conditione, ut eorundem bonorum plenum
et liber usufructus penes ipsum, ejusque heredes et succes-
sores in perpetuum maneret, cum onere tantum
annuatim persolvendi Monasterio in festivitate S.
Bartholomæi apostoli denarios sex, superadito etiam
quod hæc bona ejus filio neque quivis alius ejus hæres vel
successor quomodolibet alienare, donare, permutare
seu pignorare possent sine consensu expresso ejusdem
Monasterii et pro tempore abbatis. Joannes notarius
rogatus scripsit. (Alphab. Collispardi X°, litt. R.)

22 1140 Item Lardius Leti filius de anno 1140 et die VII Februarii
sponte tradidit D. Abbati quandam terram inter ipsos con-
finem, sibi tamen reservata super eam prælatione quoti-
mus a Monasterio vel permutanda vel aliter alienanda
foret. (Alph. Collispardi, litt. R.)

1141 23 Et Erudus filius Landi, de anno 1141, die X° Aprilis,
eidem Abbati et Monasterio omnia bona sua donavit,
tam mobilia quam immobilia. Joannes notarius scripsit.
(Alphab° XV Vici, litt. R.)

24 Hujus Erudi bona in quodam membranæ veteris fragmento
sine die et anno descripta leguntur; quæ, prout licuit,
hic etiam describere monent incongruum, videlicet:
a Ecclesiæ S. Bartholomæi totum habet a Erudo, tertiam
partem silvæ in Carrujo, et tertiam partem Celsiti, quæ
est juxta hortum Joannis Amati Boni; et tertiam
partem horti cum arboribus ubi est palearium filiorum
Amati Joannis Landi; et tertiam partem horti
cum arboribus quæ sunt juxta Carrujanum prædictæ

ecclesiae, quae dicta fuit Erudi; et tertiam partem terrae de Arbulli; et tertiam partem de terra in Ercolleto, quae est juxta terram praedictae ecclesiae ad Belvem Alterii; et tertiam partem terrae similiter in Cresulto quam Rainus dedit ad laborandum Alberino; et tertiam partem Aquaemb. cum suis utilitatibus, ubi dicitur Trui; et domum quae fuit Erudi; et similiter terram in valle Bucci; et terram in valle Bellagunni, ubi quercus consistit, et terram ad Sanctum Dominicum, quae fuit Alberici Caroli; et vineam in loco ubi dicitur Miliano; et terram ad domum Episcopi, quam Erudo emit a Dionisio. (Miscellaneorum n° 30)

Tempore Joannis Abb. 1145

D. Joannes abbas per annum tantum hujus monasterii terram habuisse creditur, de anno videlicet 1145; nisi forte hoc tempus gubernaverit tribus aliis annis, qui distant a donatione Erudi, quae fuit ultima tempore Benedicti abbatis facta, scilicet ab anno 1142 ad 1145, de qua impresentiarum est sermo. Hoc anno et mense Aprilis, die XII, Leo Berardelli de Castro Collipardi, semetipsum cum omnibus bonis suis huic abbati et monasterio obtulit. Ubi Grandy notarius scripsit. (Alphab. XX Collipardi, litt. L.)

Tempore Benedicti Abb.

D. Benedictus Abbas ignoratur an hic Benedictus idem sit cum alio Benedicto superius recensito, qui ad hujus monasterii praelaturam fuerit revocatus; an vero alter, qui praedecessore suo Joanni, immatura forte morte sublato, successerit. Quisquis ille fuerit, pluribus annis in hoc regimine vixisse legitur, et plurima ejus tempore facta recensentur.

Quandoquidem primo Silvestri Leo Cardae filius, decreavit, eidem pro Ecclesia sua acceptanti, omne quod habebat in loco ubi dicitur Rio Fortuno, et ubicumque

1145 possessionem positam in Vacigano sub die primo Februarii 1145. Joannes abbas scripsit. (Alphab. Vici 21, litt. B.)

1145. Eaddem Bonae Leonis filius, cum Maria ejus conjuge, filia Joannis alterius Joannis Leonis Mauri, atque Mirra ejus filia, donaverunt totam eorum hereditatem

quam habuerant a Joanne filio Joannis Lei Mara
hac conditione adjecta, quod hac interim de praedictis bonis
prius ipsos remanentibus Decidam eidem Monasterio per-
solvere teneantur, donec ipsi, eorumque filii et haeredes
vixerint. Die x Augusti 1145. Joannes Notarius scripsit.
(Alphab. XV Vici, litt. K.)

1148 Joannes Benedicti Luciae filius donavit D. Abbati
et Monasterio terram positam in Salce, necnon et medietatem cujusdam vineae positae in loco ubi dicitur Berlonge,
die XVIII Februarii 1148 (Alphab. XII Vici, litt. R).

Eransmundus Amati Petri donavit unam domum
positam in Castro Vici inter hos fines: a primo latere Via
publica; a 2. latere Environte Petri Amati; a 3. latere muri
1149 praedicti Castri; a 4. latere haeredes Eoduri. Item donavit duas
vineas et unam caraseinam, et aliam possessionem in uno
Environte juxta suos fines in contracta descriptos; et hortum
etiam cum arboribus sicomorum positum in Monte praedicti
Castri, sub die 23 Decembris 1149. Joannes notarius scripsit.
(Alphab. Vici XV. litt. E.)

Amatus Joannis et Martini filius, donavit pariter eidem
Monasterio omnia bona sua quae habebat in Castro
1150. Vici intus et foris, retento sibi usufructu donec vixerit,
cum pacto etiam quod si aliquando monasticum habitum
vellet induere, absque dilatione sibi concederetur. Domum
vero positam ubi dicitur Sanctus Thomas Apostolus
libere confestim tradidit et donavit. Joannes notarius
scripsit. Die 23 Decembris 1150. (Alphab. Vici XV, litt. Y.)
Haec tamen donatio, in eo quod obligat Monasterium
ad ipsum Donatorem necessario in Religionem recipiendum,
videtur simoniae affinis, et aptius loquar, simoniam
sapit.

De anno vero 1151, 11. Junii, idem D. Benedictus abbas
una cum D. Amato Sinisi, D. Ardingo, D. Nicolao presbi-
teris, aliisque religiosis Monachis sui Monasterii vendi-
1151 derunt terram quandam positam in loco ubi dicitur
Colle rotundo, juxta fines suos in instrumento expressos
Joanni et Egidio filiis De Sitho pro pretio solidorum
XII, reservata praedicto Monasterio annua pensione

anno nunc: Lintus notarius scripsit (Alphab. VII Collis-pardi, litt. E.)

Et notandum quod licet hoc venditionis instrumentum confectum appareat tempore Eugenii secundi papae anno ejus sexto. ibi: "In nomine Dei etern" (sunt verba ejusdem contractus), confirmatum Domini Eugenii secundi papae anno sexto, Indictione XIV; "hoc tamen per errorem scribentis seu calami lapsu factum fuisse credendum est, quia dominus Conftfex Eugenius secundus tribus annis, duobus mensibus et viginti tribus diebus rexit ecclesiam. De anno etiam 825, quo tempore non adhuc erat in rerum natura Ersultanum Coenobium, neque ipsemet S. Pater Dominicus in humanis, quippe qui in seculo

1151 xxxx subsequenti natus est. et ideo ad annum 1151, qui erat sextus Eugenii papae tertii hanc retulimus relationem, quia concordat in religno cum Indictione illius anni; necnon et Abbate Benedicto, cujus tempore facta legitur, praesertim quia D. Notarius Lintus circa hoc tempus vixisse non est dubium, cum ab eo extent ipsius contractus etc. in scribendi forma simili. Et sic erroneitur in illa dictione secundi posita vice tertii, quasi dici debuisset Eugenii tertii, non secundi. Quod ejusdem convincitur ex veteri cyrotitla in dorso ipsius membranae, ubi hoc instrumentum scriptum est, existente, quae sic se habet: "Eugenius annos VIII, menses IV dies XXIV. his expletis transactis hoc fuit facta cartula ista postea etiam sic " "certum est enim Eugenio 2o non etiam sic, sed Valentinum successisse.

1156 Item Hildegrandus filius Joannis Hildegrandi de Costa Collipardi donavit quandam possessionem positam in loco ubi dicitur Arcana, et vineam positam in fundo Mezze, die prima Novembris 1156. Lintus notarius scripsit. (Alphab. X Collipardi, litt.a N.)

1157 Gisa filia Joannis etiam Anastasii de Collipardo donavit omnia bona sua in eodem territorio existentia, et etiam habita tam praesentia quam futura, sub die XIX Martii 1157. Lintus scripsit. (Alphab. V. Collipardi litt. T.)

1159 Raimbaldus filius Grimaldi de Vico reliquit praedictae Ecclesiae S. Bartholomaei terram positam in loco, ubi dicitur Fallaria: ut apparet in testamento anno 1159. XIX Januarii (Alphab. Vici VII Litt. Y).

1164 Leo Formosi de Vico donavit omnes terras, quas habebat in Vojano retento tamen sibi usufructu sua vita durante et ejus uxoris. Lintus notarius scripsit (Alphab. VIII Vici Litt. O de anno 1164 12 Junii).

Item Gregorius Rigale filii Amati Grimi de Vico Donaverunt eidem Ecclesiae S. Bartholomaei apostoli omnia eorum bona existentia in territorio dicti Castri, excepta domo quam emerunt ab haeredibus Benedicti Affridi, cum omnibus mobilibus necnon et duobus aliis hortis cum arboribus olivarum juxta ecclesiam S. Thomae Apostoli; atque terra posita in loco, ubi dicitur Plagge, quae bona in hac donatione noluerunt esse comprehensa. Sub die XXII Martii 1162. Lintus Notarius scripsit. (Alphab. Vici XIV, Litt.a A).

Non est praetereundum quando in hujus facie contractus inscriptum est nomen Paschalis tertii Antipapae, non autem Alexandri tertii, qui verus erat, et legitimus universalis Ecclesiae Pastor. Ex quo satis evidenter resultat, hunc Ven.m Abbatem Antipapae Paschalis sententiam amplexatum fuisse, et ita Summum Pontificem Alexandrum (quem prae coeteris Cartusiensis ordo uti Catholicum, et verum Pontificem admisit et coluit, necnon indefesso studio strenue defendit, et testatur Emin.mus Baronius ad annum 1161), Abbas profectus una cum Monasterio suo suscipere renuit et obsequi dubitavit, cum nomen ipsius silet, et exprimit illud Antipapae.

Tempore Lotharii Abb. 1170: D. Lotharius Abbas vivebat de anno 1170, et alia, ibus aliis exinde sequentibus in Relatione fuit. Hujus tempore res ecclesiae S. Bartholomaei plurimum adversae sunt.

1170 Et primo Nicolaus Ciaveri de anno 1170, sub die 16 Junii, tanquam Testamentarius ad libitum suum Dispensator omnium Bonorum Joseph, judicis, a[illegible]

vit res omnes et bona praedicti Ioseph D. Lotherio
Abbati necnon et 12 Patribus in hoc Monasterio
S. Bartholomaei Apostoli Deo servientibus, tam praesen-
tibus quam futuris, exceptis quibusdam donationibus
certarum rerum in certis locis et personis jam a dicto
defuncto Ioseph in suo testamento collatis, quarum
earum orationibus qui Deo jugiter ibidem famulantur,
remissionem suorum valeat recipere peccatorum. Leo-
coam Notarius scripsit (Alphab. 21. Alatri, littª L.).

Et quia facta est mentio hereditatis cujusdam
Ioseph Iudicis relictae Monasterio, superest ut hic descri-
bam nonnulla dictae hereditatis bona, quae habuit
idem Monasterium. " Hoc habet Ecclesia S. Bartho-
lomaei (legitur in quodam membranula veteri. Miscellanearum
nº 3.) de emphyteusibus Ioseph Iudicis et Eittae suae con-
sortis: terram in Curte et in Nugano, et duos hortulos
cum arboribus in monte Vici; et Sedimen Calcarii. "

Supradictam vero donationem a Nicolao praedicto
de bonis Ioseph Iudicis huic Monasterio factam, Rainaldus
cum aliis suis negotiis, coram judice proposita causa
1171. nullam et invalidam esse contendebat, rescissoriam
intentans. Verum quia strenue eam defendebat Ven.
Abbas praedictus, cujus validis replicationibus ac funda-
mentis satisfacere dicti Actores non valentes, mox tandem
juribus omnibus sponte renunciarunt, tam comple-
tibus quam completitivis et perpetuum sibi silentium
indixerunt, anno 1172. 11 Martii. Bobcam Notarius scripsit
(Alphab. Vici primo, littª B.).

Item Stephanus filius Bernardi Ioannis Andreae
1172. habitator Civitatis Veroli, eodem pariter anno, sed die
XVI Decembris, restituit D. Lotthario abbati quandam
partem terrae positam in Eresulto quam ipse injuste
occupaverat, tanquam praesumptam ad se jure
hereditario pertinentem, et promisit de ea nullo
unquam tempore amplius litem inferre. Leonar-
dus notarius scripsit (Alphab. Collisgardi XV; littª E.)

1174 Amatus Theodori filius de Collegardo, libere donavit
omnem terram quam habebat in loco, ubi dicitur

Eyci, juxta res ejusdem ecclesiae S. Bertholomaei sub die 18 Novembris 1174. (Alphab. Collipardi XXII litt. G.).

1175 Joannes Simeonis filius donavit quandam terram positam in Gorgozano retento sibi usufructu sua vita durante. 27 Septembris 1175. Roboam scripsit (Alphab. Vici XIV litt. E).

1176 Mariæ filiæ quondam Joannis Leonis Vici Alatrinæ civitatis, restituit in manibus supradicti D. Lotharii abbatis quandam terram positam in territorio dictæ civitatis in fundo Octaviano, ubi vetere tabal dicuntur, quam eius ejus habuerat in locationem ab eodem Monasterio. De anno 1176, 12. Februarii. (Alphab. Alatri, litt. O).

1176 Hoc eodem anno, die vero prima Martii, Amabilis uxor quondam Raini Sic restituit omnes res, quas fuerant Josephi Judicis ab eodem D. Lothario viro suo sua vita durante ad usumfructum concessas, reservata super his bonis praelatione, quatenus vendenda forent. Mannarellus notarius scripsit (Alphab. XXIII Collipardi, litt. S).

1176 Similiter Amatus Benedicti, die 26 Novembris ejusdem anni promisit post mortem suam restituere praedicto D. Lothario abbati hortum existentem in Monte de Vico, cum aliis et omnibus suis utilitatibus. Roboam notarius scripsit (Alphab. Vici 3. litt. F).

1177 Bursum Amabilis supradicta una cum Abbate Lothario, de anno 1177, 21 Januarii, post multas lites atque controversias ad hanc infrascriptam transactionem amicabiliter devenerunt, videlicet: D. Amabilis una cum Grimaldo et Beraldo filiis suis restituerunt Monasterio Domum et terras positas in valle Ducci, atque aliam terram in loco ubi dicitur Villa et quartum silvae quae fuit Eittae ejus sororis, omnes que alias res quas Eitta et Joseph judex emerunt quomodolibet acquisierunt. E contrario D. Lotharius abbas solvere promisit praedictae Amabili ejusque filiis soldos 22 denariorum Papiae et tradere emptionale instrumentum de terra de Villa. Joannes scripsit. (Alphab. XIV Vici. litt. J.)

1147. Leo fornos filius donavit et tradidit terram positam in Ercullo, sub die 24 Decembris 1147 Ioannes scripsit. (Alphab. Collisparvi, litt. O).

Eodem tempore 1190

1180 Benedicta quondam uxor Martini negociatoris donavit hortum cum syconoris positum ante cellam vinariam S. Blasii; de anno 1180. 20 octobris, Rofridus scripsit. Alphab. IV Vici litt. R).

1181. Nicolaus de Celiano donavit omnia sua bona posita in Castro Vici ejusque territorio, retento sibi usufructu vita durante. 13. Maii 1181. Desiderius scripsit. (Alphab. Vici XIII. litt. V)

Tempore Philippi Abb.

1185 D. Philippus abbas de anno 1185 huic praecepit Monasterio, ut manifeste comprehenditur ex donatione ejusdem anni et diei 4 Decembris dicto Monasterio tempore hujus abbatis facta a Petro filio quon. Dom Ioannis Bulcii, omnium rerum quas habebat in Sorzano. Ioannes notarius scripsit. (Alphab. VII Vici litt. P.)

1190 Bettus filius quondam Ioannis Hildyrandi donavit domum positam juxta domum heredum Grimaldi Siburgal, et duas alias terras positas in valle Lenzani et Cerzano; item aliam terram juxta rem Sancti Georgii, die 10 Aprilis 1190. Ioannes scripsit. (Alphab. Vici 8. litt. S).

1191. Ioannes Benedicti una cum Lineane filio suo donavit terram positam in Polinnano, et aliorum bonorum suorum medietatem, reservato sibi communi usufructu donec ipse et filius suus vivant, die 5 Septembris 1191. Ioannes scripsit. (Alphab. XII Vici litt. Y.)

1191. Apparet etiam quod hujus Ven. Philippi Abbatis tempore monasterium hoc possidebat terram in loco, ubi dicitur Acelli ex locationis instrumento die 3 Januarii 1191. in quo praedictus Abbas concedit eandem terram in locationem Alexandro et Clavitiae ejus uxori ad quadriennium et pro quadriennio solidos octo provenientium cum pacto

quod quando colligitur frumentum solvant alterius medietam unam. Ioannes scripsit. (Alphab° Collispardi, litt° L.)

Tempore Petri Abb. 1196.

De D. Petro Abbate nihil aliud adest quam locationis contractus ejus tempore factus cujusdam Marcelli de anno 1196, 29. Julii. Ioruthus scripsit. (Alphab. Vici 8. litt° M.)

Aliud etiam duarum emptionum instrumentum habemus in authentica forma cum subscriptione Notarii et Signo; sed quia deest membranae pars superior aliam continens emptionem, quae cum inferiori fuerat conglutinata, praecisum tempus contractus habere non valui neque etiam magis verisimile conjicere, ex quo Abbatis nomen subtilicet. Et contractus initus apparet inter Ioannem Petri Beraldi, Vicum Amati Abbatis et Dulcam filiam quondam Ioannis Leonis Boris, venditrices ex una, et D. Nicolaum Vicarium hujus Monasterii nomine ecclesiae suae stipulantem ex parte altera: quarum prima est emptio terrae positae in Crisulto in loco dicto Atrecone pro pretio solidorum XV; et altera alterius pariter terrae positae in Montecilleri juxta stagnum Latum, pro pretio solidorum VIII. Ioannes Notarius scripsit. (Alphab° 8. Collispardi, litt. R.)

Quia autem in his summus, operae pretium est nonnulla de Summorum Pontificum liberalitate erga hos VV. Patres hujus monasterii veteris alumnos obiter innuere.

Ludovicus Jacobillus in Vita S. Dominici Abbatis, Ioannem XVIII hoc Monasterium cum omnibus ejus bonis sub Apostolicae Sedis protectione suscepisse refert. Has tamen Summi Pontificis decantatas litteras quamvis neque nos habeamus, neque videre fas fuit, commentitias esse nullo pacto credendum est propter Bullam Alexandri Papae tertii mox exhibendam, quae non solum plura fuisse olim concessa privilegia testatur, verum etiam multa de novo elargitur et vetera confirmat. Et sic se habet.

" Alexander Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati Lothario et Fratribus S. Bartholomaei salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consen-

sunt et vota quae a vestris transita non dissonant effectu sunt prosequente complendae. Congregationi in Dominico Filii vestri justis petitionibus annuentes cum gratis concurrentes assensu, Ecclesiam S. Bartholomaei quae juri Apostolicae Sedis specialiter assistit, ejusdemque ecclesiae ornamenta et thesauros cum possessionibus et universis quae eorum statuta videtur, et in futurum habebitura est, sub protectione et defensione nostra suscipimus. Concedimus etiam vobis vestrisque successoribus ut clericos et laicos ad vestrum ritum recipiendi et secum fugientes liberos et absolutos recipiendi atque ad quemlibet suscipiendum a vestro ordine cogendi; sed pro voluntate vestra quemcumque voluerit suscipietis. Item concedimus vobis visitationes infirmorum, et ut vobis liceat tantis aegritudinum incertitudinem injungere, et ab eis eleemosinas recipere, et sepulturam omnibus ad Ecclesiam vestram quaerentibus, nisi excommunicati vel interdicti sint, liberam dare. Honorem tam in spiritualibus quam in temporalibus, sicut praedecessores vestri habuerunt, auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli atque Bartholomaei Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anagniae II. Kalendas Maii II. (Bullae Pontificiae N. X.)

Praeterea quod attinet ad S. Dominicum Abbatem cujus monasterii fundatorem jactura refert saepius allegatus Jacobillus in ejus, quam exaravit Vita, de anno 1665 typis edita, ut benignum lectorem remittit. Nonnulla etiam Elogia, inter ea praestantissima Romanae concinne et breviter hoc modo dicitur:

II. Dei in Domini Abbate fuit ejus tempore;
Per sancta Luce a multi Cenobii,
A quari fu Padre, in carita di esempio,

Degno che col seguito ognun s'unisti,
E molti da gran lai e Duri scempi
Con prieghi e merti suoi da Dio gradisti.
Trasse da vizii e libero da mali,
E fece a lui nel Regno Eterno eguali.
Questo d'amor divino tutto ardente
Costì abitava col suo sacro ovile,
Da cui si dipartiva anco sovente
A un erta grotta, oscura, angusta e vile,
Dove solo tacendo, l'alta mente
Levava al Ciel con occhi e cuor unito,
Così esercendo l'una e l'altra vita
Del suo dolce Gesù la norma imita. //

Miscellan. N° 1°

Hæc in substantia sunt quæ de veteri Monasterio S. Bartholomæi apostoli, alias S. Domici, seu ut ~~olim~~ visitatius loquar, Abbatis veteris, ex archivii nostri monumentis elicere valui; et hic in unam colligata adnotare non piguit, ne sicco prorsus pede hujus Sancti Monasterii recreationem percurrerem jamjamque tempus adest ut ad hujus nostri et novi Monasterii susceptam descriptionem, unde tam oblonga ~~~~ interjectione discesseram, pedem revocem, manuque illic semonem convertam.

Ab occasu vero infra prospiciendo Districtu Urbis, Romana Campania vulgo nuncupatus, haud procul conspicatur, qui longa terrarum intervalla tenens, extendit pulmites suos fere usque ad mare.

Et ad meridiem deorsum versus latum supra flumen descendendo specus illud ultro sese offert celeberrimum, cognomentatum dictum S. Mariæ Cæsaris quo loci morabatur olim quidam sanctus Eremita (non autem olibi, ut mendose præcitatus Porter in suo Commento scripsit) quem senes et juvenes, divites et pauperes, nobiles et ignobiles, magna veneratione prosequebantur, et ad eum indies multitudo populi confluebat, ut ea ipsius ore vel verbum Domini, aut salutaria monita caperent.

Accidit autem quadam die, cum D. Lotharius de Comitibus, tunc temporis S. Romanae Ecclesiae Cardinalis (qui postea Summus Pontifex renunciatus, Innocentius III. appellatus est), hanc eremum petiisset et de more eremitam illum invisere[t], stetitque ad ostium et pulsasset, nullusque nec respondere[t] nec januam aperire[t], ministri ejus moram sustinere non valentes, vi cellam aperuerunt, et eremitam raptum invenientes, vocibus et clamoribus eum importune excitare non dubitarunt. Qui mox ad se reversus, continuo magna atque tenebunda voce exclamavit, intonuit: « Heu! Heu! miser! ah! ah! vidi mirabilia magna atque horrenda!! Et jussus quid vidisset affabre referre, illico D. Cardinali respondit: « Vidi in spiritu animas plurimas densissimarum ad instar minimi areni prae multitudine obscurantium in hoc puncto ad infernum descendere; in Purgatorium vero paucissimas, et vix bina digitum nonnisi tres excedere: unius minimum Cartusiensis, unius Priori Cartusiensis, et alterius romanae Viduae; » quorum nomina patriam et loca singillatim recensuit et praecise designavit. D. Cardinali autem hujus rei novitate non parum obstupefactus, quam certius agnoscendi studio accensus, nonnullis protinus accersitis famulis, eisdem injunxit ut singula indicata loca peragrarent, et accuratissime de praefatis tribus recenter defunctis inquirerent, nulla porthabita mora. Et paulo mox, relatibus nunciis, exploratum habuit, Rectorem illum Priorem et Viduam eodem tempore et hora, quae praefatus indicaverat eremita, ex hac valle lacrymarum discessisse, eaque propter plurimum ex hinc eumdo Cartusiensem Ordinem dilexit. Ita Dionysius noster in suis opusculis De praeconiis Ord. Cartus. cap. VII.

Quod latior calamo, materno ac metrico sermone satis lepide taliter expressit quidam ex nostris.

Vi è quella memoranda e nobil grotta,
Albergo d'un devoto anacoreta,
che molta gente da lontan condotta
A se trahea l'odor di santa vita:
(Ahi da indevoti profanata e rotta,
Onde la devozion resta sopita)
E rimbombando ciò per la campagna
Inteso fu da un Cardinal d'Alagna.
Qui venne quel devoto purpurato,
Tratto da santità e dall'odore
Dell'uom, ch'il volgo senza dal Beato
Dica, lodando il suo divin fervore,
Volse vedere, poichè fu informato,
Le risposte ch'egli ebbe al gran clamore,
E vide, e consentì con cuor sincero
Ch'il nome ritenesse minor del vero.
Ecco in un antro ove è più scabro il monte,
Mira il vecchion, che di celeste cure
Al Ciel volgea la solitaria fronte,
Simil d'aspetto ad uno che si muore;
E dagl'occhi stillava quasi un fonte
Di lacrime, e sospir mandava fuori:
Umil veste copria la nobil salma,
Non di lana o di lin, forse di palma.
Ben era vivo, e tutto ratto e assorto,
E meditava li divin segreti,
Allora appunto che sembrava morto
A circostanti timorati e cheti;
Ma per divin voler e lor conforto,
Richiamò forse all'esser e alle pareti,
Dall'estasi ripresse, e con spavento
Parlò piangendo al purpurato attento:
Ohime! Signor, orribil caso ho visto,
Terribil cosa, Ohime! onde io pavento.
E tramortendo, il Cardinal per Cristo
Soggiunse, e per sua morte, restammo, attento
Narrar ti prego, onde doglioso e tristo
Mandasti fuori così grave accento.

Sapeasi tutto dall'occaso all'orto,
Se mi dirai quel che ti prego esorto.
Risorge il Santo, e la virtù smarrita
Del seno ravviva, come avvien talhora
Quando negli virtù fiamma sopita
Al sibilar d'una piacevol óra,
Poichè rinvenne ai termini della vita,
Versò di pianto un mar per gli occhi fuora,
E raddoppiando angoscie e le querele,
Aperse al duol con simil dir le vele.—
Ridir non posso (ohime!) con occhio asciutto
Quel che celar a voi non si conviene,
A gloria dell'Eccelso e a commun frutto.
Di Signor il premio, di bene in bene,
Il mondo mi parea volarsi in tutto
Del gener umano ch'egli pur sostiene;
Poschè vidi innumerabil alme,
Morendo abbandonar le lor feal salme.
E quel che duol m'arreca e preme dire,
Qual densa pioggia andar vidi all'inferno
L'alme di quei, che re vidi morire,
E destinate tutte al fuoco eterno.
Al purgatorio altre ne vidi gire
Qual rara neve che cade l'inverno.
Ere sole ho visto conseguir corona:
Un Vesco, un Certosino e mia matrona.—
Qui tacque il Veglio, el Cardinale conquiso
Parve, per la vision cotanto horrenda,
mostrando nel sembiante e mesto viso,
(Forsi per colpa sua) doglia tremenda,
E per fruir il ben del Paradiso
E la maledizion fuggir tremenda,
Proposse edificar al Divin Culto
Codesta santa casa di Crocifisso.
Congedo prende, e con devozione
Si raccomanda a quel pio Romito,
Il cui parlar e alta visione
Il cuor gli rende pavido e smarrito.

Giunto felice a sua pratria imagion,
Desiando assicurar il caso udito,
Spedisce un messagier senza dimora
A 'intendere de tre morti il giorno e l'ora.
Cerca e ricerca per Città e castella
Il corrier fido ed ogni monastero,
Ch'il cuor gli preme, l'unge e lo martella
Del suo Signor la brama, el grand'impero,
Ch'il pié non ferma o mai scende di sella,
Se pria non trova chi gli spiega il vero.
Cerca l'Italia, gira Francia e Spagna,
Ed alfin, s'è mestier, poi torna a Avagna.
Riede ed espone il diligente messo
Il ver di quanto favellato avea
Il Santo, e toglie il dubbio del successo
Al Cardinal, ch'ancor il cuor 'ncatea;
Crede concluso il ragionar con esso
Molti pensier tra se nel cuor volgea.
Giunto di Roma un nunzio della Corte
Porta ch'il gran Pastor è giunto a morte. //
Hactenus Cater.

Et notandum, quod profanatum hunc cryptam hic Cata appellat, de ea sine haesitatione intelligens, quam S. Dominicus abbas juxta abbatiam veterem solus incoluit (ut superius innuimus). Illa enim, quia undeunque patebat aditus, nescio quo pacto, jamdudum pastorum refugium, et animalium quoque stabulum aliquando fuit usque ad tempus Prioratus ad m. V. P. D. Angeli Mariae Cacciamani, hujus sacrae Domus de anno 1683 Priori et professi: qui in hoc V.P. praedecessores suos pietate antecellens, ibidem sacellum cum imagine ejusdem S. P. Dominici undique muris circumseptum erexit.

Quandoquidem eremus haec altera, ubi visionem praefatam habuit S. ille eremita, numquam pollita, numquam profanata fuit, sed semper summa cum veneratione omnes indies illius devotionis gratia confluentes habita est, prout testatur ipsemet Cater in eodem suo procemate (quamvis quoad hoc in hoc circumstantia

non conveniat), qui de hac inferius termonem habens, taliter effatus est.

« Vi è in altro ist cava rupe antro maggiore,
che corteggia il vallon presso il torrente,
Aperto, solitario e pien d'orrore,
E inabitabil è or' da umana gente.
Luogo fu già di santità e d'onore,
E visitato da fedel sovente,
Ch'ancor ritien la divozion e 'l voto
Appo chiunque è manifesto e noto.
Indizio che fu già stanza e ricetto
Di qualche gran divoto e pio guerriero.
Il fonte col sacello e picol letto.
Che fosse tal, fan manifesto il vero;
L'ornan pitture ed un altare eretto
Alla Regina del celeste Impero,
Già molti lustri ed anni, giorni e mesi
Col titol di Maria Santa de' Cesi. »

Duximus in honorem ejusdem B^mae Virginis Mariae, cui ab antiquo hoc oratorium Legitur dicatum, plurimis contractis temporibus facta fuisse legata credendum est, quamvis presentia nobis tantum elucescant, quae fidelium devotionem erga hunc locum omni tempore floruisse satis superque demonstrant.

1274 — Et primo de anno 1274, die 14 Maii, Petrus Egidii de Collipardo in suo ultimo testamento reliquit huic B. M. V. de Cesis Denarios duodecim. (Collispardi Alphab° VIIII, litt^a O).

1300 — Anno 1300, x Augusti Suffia Bartholomaei duodecim pariter Denarios reliquit. (Alphab. Collispardi XX, litt^a A).

1302 — Anno 1302, 22 Aprilis Petruccia haeredi de Collipardo similiter duodecim denarios reliquit. (Alphab° XIX Collispardi, litt^a X).

1306 — Anno 1306, 22 Julii, Mariae Joannis ejusdem loci, duodecim denarios reliquit. (Alphab° Collispardi VIIII, litt^a B).

1361 — Anno 1361, 8 Julii, Joanna filia quondam Bartu

tis benedicti de eodem loco, eidem B. M. V. reliquit duos denarios. (Alphab. VIIII Collisparsi, litt. H).

Etiam hic ego loquor de aeris opportunitate quae saluberrima semper est, et ut plurimum temperatissimo; et quamvis hiemali tempore durior quandoque solet apparere, algorem tamen nivium ligniorum ardentia satis reconciliat.

Silentio praeterea congrua celebrare habitacula, ex terraque corporis commoditates quae singulis locorum eximum exhibentur habitantibus.

Omitto pariter recensere alias naturae dotes solitariae vitae plurimum convenientes, quibus locus iste, quietis peraptissimus, praeditus est: quia, et unico verbo singula perstringam, summo Dei gratias, sufficienter, imo et abunderanter provisi de omnibus propriis usui necessariis, et cibaria dantur nobis in abundantia, adeo ut nulli mortalium urgeat necessitas hinc inde vagandi, ad aliud perquirendum.

Haec itaque resultans mentis opportunitate perspecta, Carthusianae vitae plurimum accommoda D. Lotharius Cardinalis prosecutus, memoratam illius eximiae visionem mente animoque revolvens, vix prae gaudio a lacrymis exultationis abstinere valebat. Gaudebat enim Cardinalis pientissimus et congemere laetabatur quod Carthusiana Religio tam munda et immaculata apud Deum esset, ut inter tot millia millium defunctorum hominum ex hoc mundo praedictis filiorum et alumnorum habeat, atque concepturam exinde ego sanctum monstrum institutum dilectionem in sem ipso haud continere valens, in hos et similes non raro voces erumpebat. « Audite haec omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, quique terrigenae et filii hominum, simul in unum Deus et pauper, et filii qui nascentur et exurgent, cum rent filiis suis et cognoscent generatio altera. Audite, quaeso, audite: mortui sunt multi, in finitus ac prae innumerabilis eorum ictu cecidit hominum numerus, senioribus ac juvenum

Divitum et pauperum, presbyterorum, laicorum, et Regularium, et ex his tres tantum sibi facti sunt: episcopus minimus, Carthusianus olim et Vidua. Unus Carthusianus inter tot Regulares! Unus olim inter tot monachos! Si igitur hujus benedictæ Religionis præsules circa plurima solliciti et domestici laboribus gravati, interius etiam laborare non desinunt, tantique profecerunt, immaculatos se custodiendo ab hoc sæculo, ut æterna dignis gloria conseantur. Quid de cæteris dicendum, qui quasi mundo mortui, nihil commercii, nihilve commune habent cum hoc sæculo nequam?

Si Superiores, qui utrique præsunt regiminis, contemnentes in quibus sunt, eo sursum semper habent spectantes in quibus non adhuc sunt, quanto magis collaborare, quibus opprimum est carcer, et solitudo præ oculis? Si Priores qui circa exteriora potissimum necessantur a via veritatis non declinant, quid de abbatibus censendum erit, qui cellam jugiter tenentes, ab his omnibus sunt alieni?

Et tandem si hujus sanctæ conversationis officia inter terrenas ipsas occupationes eor non habuit in terra, et viventes in rebus humanis, quasi migrare videntur a rebus humanis, quanto magis cæteri, qui obiit quæ sunt mundi, in augusto tugurioli sui agunt die, eisque tenebrarum horum nulla est negociatio, nulla vel cogitatio?

Ad vos propterea, ad vos lux oculos meos, o Carthusiani montes antiquæ solitariæ vitæ restauratores et hujus præclaræ Religionis admirabile exemplar: montes in quibus benepplacitum est Deo habitare in eis. Ad vos qui Carthusianæ vitæ prima cunabula dedistis; ad vos, qui hujus sancti Institutis primum Ducem omnimque Patrem in sinu vestro excepistis. Ad vos qui hanc coelestem vineam primi coluistis, ~~et ad vos qui hanc coelestem~~ Distributæ (precor) et mihi Domos ejus, ut enarretur in progenie altera, quoniam hic verus est Deus Deus noster in æternum, et in sæcu

lum saeculi. Et ipse reget nos per eos in saecula.

Exabebit filios, praebebit alumnos vestros et illuc inhabitare faciemus, ubi memorata et terribilis visio aperta nobis est innotuit. Date nobis huiusmodi spaciosa vel communem, date, date (quaeso) vel huius florentis vineae palmites et ibi inseramus propagines ejus ubi manifestavit Dominus gloriam et sanctitatem ejusdem, et fructus valeant adjacentes populi in tempore opportuno percipere salutares. Sicuti enim insigni illius doctoris ma cujusta damnatio huic tenuit Carthusiano proposito exordio fuit, quanto magis poterimus sperare inter tot millia millium animarum Carthusiani saeculi tam celebri et revelata salvatio ad hanc piam sobolem propagandam causa esse erit? En Exultatio ~~mentis~~ montes cacuminaque vitae perceptissimi ultro se offerunt; en Hermitae suis finium suum adaperiunt; in exultatione colles accinguntur. Hanc sanctam et a Deo prae electam Religionem eligo, hanc tota mente desidero, hanc volo, hanc concupisco. O si fieri posset! O si per Deum liceret! O si benevolentissimus et misericors Dominus mei huic voti compotem, vicesque ad hanc meam voluntatem explendam suppeditaret! Expensis et laboribus non parcerem, nil omissum, nil intentatum ellinquerem." Haec et alia secum ipse revolvens, alta quae saepe saepius ex intimis cordis penetralibus suspiria emittens, dicebat intra se D. Cardinalis De Comitibus, votum vovens Domino Deo altissimo hoc sacrum et honorificum ad honorem B. Semper Virginis Mariae, cujus meritis et precibus Cui hoc suum sanctum commendaverat propositum, aedificare, et Carthusianae nostrae Religioni tradere, ut ibidem in psalmis et orationibus die noctuque benedicerentur Deus.

Et quia peregrinum in hoc sibi complacuit altissimus hujus precibus exaudire non distulit. Quan-

Quidem paulo post per mortem felicis recordationis Celestini papae tertii summus pontifex renunciatus, atque recusitae visioni, et quae deinde minoribus voverat non obstitit, promissa pontificia adimplevit, eo modo et ordine et quando et quando, mox (si Deus dederit) dicendum erit.

Certos autem Deum quod nulla alia ratione hos annales texere sum aggressus, quam ut tempus quod datur obii, libentius utilitatique hoc exercitationis genere consumarem; quod etiam posterum futuris successivis temporibus sum arbitratus esse profuturum. Longeque sit a me omnis alia inordinata praesumptio, et si quid inde in hoc boni fuerit, nihil mihi adscribendum existimo, quia meum non est, quidquid illud est, sed id totum ejus erit, cujus bona sum quidquid sum.

Soli Deo

Annales Cisterciani

Annus X^i 1201 ... Abbas nostri 122 ... Domus Cisterc. 2.
C. Innocentius III ... C. Sanctius Gen^s X^i ... D. Radulphi Cisterc. 1.
Cisterc. IX. ... Cisterc. XXVIII ... Cisterc. II.

Sese in Carathum praecipitasse fertur, quam nos videmus, observavimus et admirati sumus. Ejus vero altitudinem, quia nimis in profundum demergitur, nemo (ut audivi) usque nunc attingere ausus est.

Et postquam hunc scripseram, originale Chronicon antiquae nostrae domus (quod scio) typis editum, a D. V. D. Petro nuper Cornelio Delmata, hujus sacrae Domus alumno, circa annum 1600 compilatum, ex manu nostra pervenit, unde factum hic appendicis cancris ex manuscripto in III ejusdem operis parte sub Cap. 9. legimus. Quinquennii quae circumstantiam tempori quo nos fuisse scribimus, Dum divinum evenisse perhibetur non multis retro annis ab exordio praesentis saeculi, visionem coelestem sexcentis: cujus seriem narrationis sic accipe:

" Est mons qui in finibus Romaniae Campaniae Dioecesi Aletinae, quatuor nostra Domus cognomento Cisterciana Cartusia, a Summo Romano Pontifice Innocentio III ex antiquissima et illustrissima Comitum prosapia, in honorem Dei ac per quam Dei electissimi mercatibus Cisterciti in honorem gloriosissimae semper Virginis Mariae et B. Bartholomaei Apostoli miraculose constructa: quae Cartusia posteaquam extitisse creditur causa salutis aeternae, ut divinitus Pontifex post obitum suum animam revelavit. Illox enim ut egressit e vita, apparuit visibiliter B. Lutgardi Virgini, quae cum esset inclusa cum flamma ingenti circumdatum, per contata est quisnam esset. Respondit se esse Innocentium Papam nuper defunctum. Cui illa cum gemitu: Et quis hoc est, inquit, commercium cruciatus vestros Patres atque Pastores tam diu cruciari? Cui ille respondens, ait, Ecce ob causas ita crucior, quae etiam temporalibus supplicijs me justissime adjudicant, nisi per intercessiones precissimae Genetricis Dei ac meae monasteriorum condidi, in extremis me

pauci fuisset. Et ostensa quibusdam eorum: Ne procedas altius, usque ad universale judicii diem ne forsan ea purgatis cruciabor, quæ ardua me te suffragia petituru venisse tui, mihi a tuo Filio et Patre misericordiæ impetraveris. His dictis, confestim disparuit. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Per tuos quam sanctus et pius, quamque devotus, quam sollicitus et pietatis in Deum Deique, in sanctis exhibit quæ salutis periculo. Et quis erit de cætero a perfectione tuæ sanctissimæ charitatis in tantum distantibus? Discant hinc et pertimescant omnes Prælati, maxime Pontifices, ægro siantque prædicationem et Pontificatum non esse tam honoris quam oneris, non otii et pacis, sed curæ et sollicitudinis, non denique gaudii et securitatis, sed mœroris et gravissimi periculi: Verum omittendis istis ad rem nunc ac propositum.

Cum igitur sacræ hujus Cartusiæ Exiguitanæ ædificia Deo in exordiis, quæ de me dixi, essent in habitandi cessassentque, ac ita paulo minus tribus supra fortem qui juxta Monasterium est, et vulgo dicitur Pisarella, sub umbra procul cujusdam arboris sermocinarentur de ipsorum: ecce vir quidam secum ad unum ex eorum secreti obtinendi causa solus de Lampinæ plebanitia consentiens, apparuit. Duorum de Monasterium sequacium celsitudinem, ac longius pergere pigentes, cujus per dextram apprehensam, data ac accepta salutatione, requisivit de via quam per montem S. Brunonis de civitatem Cartusianum conducit. Cui per abrupta montium et convexa vallium ostensa, ejus gressi pertæsus tot asperitatis, et brevissimi per eisdem montium itinerii dimensionem circuitus, "quam commoda, inquit, pedites esset transeuntium via, nimirum ac longiori recreatio esset, solitudoque voluptas, si et hoc promontorii et fontis usque ad verticem montis Dei civitatis, super cujus convexa pervigilium Dei in pene cunctis vestigiis, per pectoris latum et planum absque tanti circumvagationis tædio ac libere ingressu, undulatæ

vanitati? Exercebat profecto vir gratum Deo exercitio corporis gratiam abstinentiam, magnificate voluntas. Sed cujus haec redundant subsunt pectoribus constituere Deum tam profundum, et vix longitudine dierum fama meritorii? Superant meanque vi- des Romani gloriosum Imperii et venerabilis Romae, egestatem miracula reussit adaquare discretur. Attibi: Et quia non cognovi scientiam, introibo in potentias Domini: memorabor justitiae tuae solius. Et quia non cognovi scientiam, introibo in potentias Domini: memorabor justitiae tuae solius. Deus, docuisti me a juventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Et nunc et usque in senectam et senium: Deus, ne derelinquas me, donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quae venturae est. Potentiam tuam et justitiam tuam, Deus, usque in altissima quae fecisti magnalia: quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas et malas, et conversus vivificasti me, et de abyssis terrae iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam, et conversus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus: psallam tibi in citharis, Sanctus Israel. Exultabunt labia mea cum cantavero tibi, et anima mea, quam redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam: cum confusi et reverniti fuerint qui quaerunt mala mihi. Quis similis tibi? Quis similis tibi? Quis similis tibi?

et sacratissimi mysterii Cœna Dominica [illegible] celebrandi
exercitium locis in locutum expetat. Siquem ea re
scrupulus, et fidei creditorum est quia ex revelatione S.
Archangeli agnus Praesidentium istius Coenobii Legationis a
latere Altissimi fungentis, divinaque illius praecepti
ac tabellam illius Cartusiae Domus inspectae observantiis,
ubicui spiritualem Dominum Cœnam celebrari, aut celebrari
ex sua acutissima perspicacia atque sobria prudentia
habuerit, nequeunt obligari huic necessitati Dominum
de posse inferre, si non tabernaculi vigilia in Cœnobii Domus
protentis custodiat, de incustodia et absque reticentibus
causa ad obtinendum solummodo, conventualiter obligando
intromittentur. // Hactenus praefatus Heliconyssus
in suo Angelico Theatro.

Videns autem Deus inferendi, humanae generis
hostis, et servis Dei semper insidiatus, sua nihil celebrabile
prospicit, maxime in Coll[egiat]arcensium Dominarum et
Dominarum, aut in quarumlibet Coenobiis Domus Dominae
Monasterii ubicunque perseverarent, aut vel sic ea quae
in coelestibus habitare consueverant, per terrenas ipsas
vexationes ad terrena revocaret, et quarumlibet ad libi-
tus invehuti multos essent cogitationes, et curae quae
illas ab Oratione vel hagiographi perfectaque in Divi-
lectione retinerent. Quod in votis adimplere cona-
ti, et minoribus ad ea[illegible] decrevere. Occupet
tis enim, sicut anno superiori dictum est, quamplu-
rimis hujus Coenobii Terrulis, subest nunc ipsas jurisque
ubi et justitiae ejus violenter huic sine suspicere, aut
inevitabile in illis Dominum inferre non dubitarunt,
et dari nobis insinuant Litteras eisdem Coenobiis
ab eadem S.ta D. N.ª Innocentio XII.º hoc Bonae expedi-
tas, Tenoris sequentis, videlicet. // Innocentius Episco-
pus, Servus servorum Dei. Dilectis filiis Deo et proprio
de Vio et Collegiatae Salutem et Apostolicam Benedictio-
nem.

Exhibitae nobis [illegible] Dilectae in Christo Abbatissae
Monasterii S. Bertae
Ordinis, cui Deo [illegible] ejusdem Monasterii

et bona ejus, si necesse erit, ab aliis alienata, in manibus ejus existentia et inclusi, super possessionibus ac rebus ejus, et juratis aliis videlicet excommunicationis excessibus. Decia igitur ejus successori jam nunc nec debemus nec volumus sustinere, universitate vestra per Apostolica scripta monemus quatenus satisfactionem debitam de premissis exhibere, ac ejus et nostram monitionem gravamine cessare curetis, ne de cetero super his coacta vos querimoniam audiamus. Datum Ferentini, II Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno XII. [illegible] VIII. pro. dicta.

Annus Christi 1207 — Cycli nostri 123 — Annus Epacte 8
S. Innocentii III — S. Marcelli jam. XI — S. Bonifacii VIII pro. I
Ann. X. — Ann. XXIX. — Ann. III.

Annus incipiens nostram repetimus vestram solutis agitur, Epistolarum nostrarum, Indictione decima quo vel potius undecimam habemus. Hic autem: quia verisimile est hoc anno ab extraneis nostris 29. IX. quievisse, vel ipsorum labor cautius exercitus, vel propter hoc novitatem aliunde occupatos.

Annus M° 1208 — Cycli nostri 124 — Annus Epacte 19
S. Innocentii III — S. Marcelli jan. XI — S. Bonifacii VIII I°
Ann. XI. — Ann. XXX — Ann. IV.

Sequitur annus Incarnationis nostre millesimus ducentesimus octavus, indictione undecima, qui primus a functione Domus nostre regne nostri habetur est, quamvis revera quartus in ordine sit, ut in superscriptionibus satis vidi licuerit. In hoc S. Innocentius Papa, magis magisque invictus utilitati et pacis nostrorum negotiis Dei Patris ex animo suo requisit exultet et ejusdem bona a diversis jam annis detenta [illegible] occupata de manibus eorum eripuit, quod equus fuit

posuit, mentionem, integritati, D. et Matthei hoc petitionis
sui cum facultatibus necessariis atque opportunis, hoc
decit negotium ut ex hinc ejusdem litteris deprehenditur.

¶ Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis
filiis omnibus detentoribus possessionum S. Bartholomaei
de Eriuelo salutem et apostolicam benedictionem.
Tractatum vobis auctoritate praecipiendo mandamus,
quatenus ea quae dilectus filius Matthaeus subdiaconus
et capellanus noster, super possessionibus S. Bartholomaei
de Eriuelo vobis ex parte nostra proposuit, non differatis
effectui mancipare; aliquin quod ipse super hoc auctori-
tate nostra statuerit, praecipimus firmiter observari. Da-
tum Senae, XIV Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno
undecimo. ||

Qui D. et Matthaeus ut mandatum sibi injunctum sollicitius exequeretur
tractatum habuit cum his hominibus eorumque fratribus
detentoribus, et haec exinde transactio subsecuta est:

¶ In Domini nomine Amen. Anno Dominicae Incar-
nationis 1205, anno XI D. Innocentii III Papae, indictio-
ne XI, mense octobris, die XXIV. Cum jure consuetudinem
et congruum, ut quod jure factum non est, in melius
debeat reformari sicut ebanuel et praesentialiter tenta-
nes, universalis R. V. D. Papa Innocentius, qui lex est
animata in terris, attendens quasdam possessiones
monasterii S. Bartholomaei infeudatas fuisse abjusi
habitatoribus et alienatas in monasterii praejudicium
et gravamen, ad ipsas evocandas, sicut per suas litteras
evidenter apparet, delegavit D. Matthaeum suum subdia-
conum et capellanum, qui mandatum sibi injunctum
solens exequi cum effectu, cum detentoribus habuit de-
ctum tractatum de ipsis possessionibus evocandis.
In hoc hinc inde multa fuissent proposita, et
ex parte detentorum quaedam fuissent exhibita
instrumenta ad suam probationem intentionem
et prout decuit, fuit eis super his rationem
a dicto subdiacono et capellano, tam pro bono
pacis, quam ad conservandam devotionem quam

Ecclesiæ habeant in eodem territorio expeditos et promittunt se in perpetuum habituros, ad talem cum eis devenit conventionem seu transactionem quod in primis possessiones infrascriptas libere excolentur, et pro aliis possessionibus locatis unicuique de pretio debito seu soluto certum restituit summam pecuniæ pro tempore iij quantitate. Magistro Alexandro 12. provenientes pro Morrette juxta vineam ecclesiæ; Rainaldo alibe 10 solidos pro duabus terris in Mazzolano et in Carnitio; Joannis Sergii 22 solidos et dimidium pro una terra in valle Sanguinea et vinea in Serrano; Joanni Loffidi 10 solidos pro una terra in Pertis; Desiderio de Joseph 6 solidos pro terra in plano Ursaldo, et vinea in Ursano; Joanni Baroni 8 solidos pro ~~casa~~ canapina quæ est ad S. Blasium; Justino 2 solidos pro ~~terra~~ vinea Ruffinnano; Joanni Basilii 16 solidos dimidium pro* tibi ad S. Blasium et duabus terris in Villa et in Gorgoyano, et canapina in valle Serrano; et unius Dab monacho 6 solidos in Ruffinnano pro terra in Crisulto et Annatal Recolinal 10 solidos pro terra ad rivum Albicoc. Petro Crudi 6 solidos pro terra in Valle Serrano; Siburgæ Odili 3 solidos pro duabus terris in Ursano et in Carnitio; Rainucio Amatucci 10 solidos pro terra in Gorgoyano; Rainaldo Alteguardi 2 solidos pro terra in Ruffinnano et Mayorale quod tenuit Joseph Albamonte 13 solidos pro duabus terris in Carnitio et Ruffinnano; hæredibus Berardi Rainerii 9 solidos pro terra in Crisulto et canapina in Montevi; hæredibus Dii et Amatutii 6 solidos pro rebus mobilibus quæ fuerunt fratris sui; hæredibus Crescentii 6 solidos pro quarta parte quorundam Celsorum et medietate Domus; Forti 6 solidos pro vinea in Bonoja, Leonardo ..... Petro Vincentii alterius 21 solidos pro una Domo et una terra in Valle Serrano; et Albitio Grimaldo 20 solidos pro duabus terris in Gorgoyano et in ~~Sorte~~ Lote; Domadeo 26 solidos pro tribus terris in Gorgoyano et in Salce et Sculcula; Bartholomeo Joannis Sibi 3 solidos pro terra ad Berbenum et quarta Domus, Amatutii de Gualta 19 solidos pro domo; Amatutio XVIII sol. dos pro domo; Joannis Leonis 38 solidos pro omnibus terris

* portali in origin.

in Berat; Benlura et fratribus suis 12 solidos pro domo; et
caniae 15 solidos et denarium pro canapina quae est sub
Ecclesia S. Blasii; Landulfo Ioannis Leonis 3 solidos pro
canapina quae est in monte Vici; Filii Constantinis
Le 15 solidos pro domo; Lucae 15 solidos pro terra in
Matis; Ioanni Jemmae de Berulis 15 solidos pro terra
in Crisulto; Blasio 15 solidos pro domo et quibusdam terris
collegatoribus; Grimaldo Teodati 2 solidos pro terra
in Crisulto et crisco juxta flumen; Leoni Ioannis Bo
nis 2 solidos pro terra de Balneum; Constantino 10 solidos
pro terra in Crisulto; Petro Simonitti 6 solidos pro terra
in Crisulto; Ioanni Comelli 6 solidos pro terra in Vinolli.
Petro Alberico filio Fabiani 4 solidos pro quibusdam terris;
Bayno 10 solidos pro terra in Crisulto; Dominico Lando
31 solidos pro quatuor terris in Casa Vlici; plancinano in
pede Castelli; in Capitello; Ioanni Decrifi 10 solidos pro
tribus terris de Balneum in Vinolli et in Crisulto; Barto
lomaeo Amati 12 solidos; Rainaldo clerico 12 solidos pro
terra in Pretorio; Nicolao Le 6 solidos pro terra ~~in Crisulto~~
Grimaldo Ioannis Famosi 40 solidos pro terra in Carabino
nico; Ioanni Boni 2 solidos pro terra in Casa Vlici. Jo
anni Bello 15 solidos pro terra de plancinum S. Laurentii;
Rogerro militi et Petro clerico cum consortibus suis 10
solidos pro molendino; Ioanni Rogerii 15 solidos pro terra
Crisco. Resignamus ejus DD possessiones in manus
ejusdem D. Abbatis; resignantes Priori et Confratribus
monasterii antedicti, quibus monasterium ipsum
a D. Papa pro Cartusiensi Ordine est super concessum,
renunciantes sibi de cetero omni lite et
quaestioni, et omni juri tam veteri quam novo,
quo modolibet sibi super hoc possit prodesse possibile
et obesse. Et ut conventio ista sive transactio in per
petuum convalescat, obligaverunt se detentores suos
haeredes sub poena dupli, si contravenirent aut per
crearent vel subigere legitime non defenderent; et pae
na soluta, conventio sive transactio firma permaneat.
De aliis vero possessionibus quae clam a detentoribus
detinentur, quia ejus manifeste apparent per omnia
contumacem de illis certum non venisse de ejus

possessionibus tractatum faciendum ..... ei Bonorum appetitum centum solidorum incidant, et ei auctoritate presentium ejusdem ordinationis, si non venerint ad terminum constitutum. De illis etiam possessionibus de quibus a detentoribus fuerunt exhibita instrumenta, etsi contumaces detentores ad presentandum non venerint, sicut aliis prout fuit conventum inter se, ipse D. et Matthiam liberam Priori et Fratribus potestatem in terram possessionum et omnium quarumcumque invenerint eas ab aliquo vel ab aliquibus detineri; et easdem adjudicari, prout juri et consonum et rationi: contradictore si qui fuerint vel rebelles circa hoc in primum proximum presentium, et secundario in tertium proximum ejusdem monasterii condemnentur, salva protestate D. Papae addendi vel minuendi. Hujus concessionis seu transactionis hi sunt testes rogati: Berardus de Ferentino, Raynerius ejusdem, Lucas Grimaldi, Secundinus Amatutii, Petrus Joannis Leonis de Vico, Joannes de Melisse de Ferentino. Ego Nicolaus de Ferentino S. Romanae Ecclesiae Scriniarius his quae supra legentibus interfui, et rogatu partium scripsi et complevi.

Cujus transactionis contractum non multo post, die videlicet secunda mensis Decembris subsequentis, D. Innocentius Papa, iisdemmet instantibus Dis illis Patribus nostris, suprema sua auctoritate interposita, ratum habuit, et confirmavit his verbis.

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei Dilectis Filiis Priori et Fratribus S. Bartholomaei de Trisulto Cartusiensis Ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum et nos facilem praebere consensum, et vota quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Exposito, Dilecti in Dno Filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, compositionem sive transactionem initam inter vos et quondam Detentores quarumdam possessionum Monasterii vestri, per Dilectum Filium Matthiam Sub-Diaconum et Capellanum nostrum super eisdem possessionibus, sicut sine prauitate provide facta est, ab utroque

parte juste recepta, ut instrumenta publica, exinde con-
fecta jidemus contineat, auctoritate Apostolica confir-
mamus et presentis scripti patrocinio communimus.
Sit ergo majorem autem evidentiam hujus nostre confirma-
tionis vel innovationis hujus nostre paginae duxi-
mus inserendum (et hic per extensum recitatur jura
citatum concessionis hujusmodi, tenoris et tenoris).
Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre
confirmationis infringere, vel ei ausu temerario con-
traire; si quis autem hoc attentare presumpserit
indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri
et Pauli se noverit incursurum.
Datum Laterani, quarto decimo Decembris, Pon-
ficatus nostri anno XI. (Alphab.ᵒ Vici, nº XI).

Hoc item anno Collyoriensis homines (quorum
quasi presentium commemorationem) accepit ab
Ecclesia et Monasterio S. Bartholomei Apostoli in
insulam Beneficii et communionem in vita et in
mortem maledictionem suscipientes, donationem Sylvæ
Ejus. Duobus jam elapsis seculis ab eadem Ecclesia quiete
et pacifice possessæ, avellere et resindere tot jurgiorum
rum invasiones, damna, atque molestias, immo et sturis
contendunt, manifestissima super ea concessione jura
ri dubium tali pacto revocantes. Quamobrem prepo-
sita causa coram Sᵐᵒ D. Nº Innocentio, primo atque
supremo Conspectore et protectore nostro (cujus imme-
sas ergo Monasterium hoc nostrum beneficiorum
quis unquam queat digne extollere laudibus?), exa-
ctaque hinc inde oblatis rationibus, quia liquidem non
erant nec exigentia Collyoriensium jura, idemmet S.
Pontifex eosdem reguare dignatus est, ut si quid ea
predicta Sylva juris ~~habuerunt~~ haberent, illud jure
Dicto Monasterio in tuitu pietatis et de benevolen-
gratiæ non dubitarent. Cui juris illius innovata
multatenus essentiente, imurbanæ a loco limine
recesserunt. Cujus rei gratia hi illis recepisse

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis hominibus de Collegarvo fidelibus nostris, salutem et apostolicam benedictionem. Cum pro negotio sylvae super qua olim filii Israhel a Moreastri S. Bartholomaei de molestari se conquerebantur a vobis in nostra extitit presentia constitutis, legi fecimus coram vobis publicum instrumentum super concessione ipsius silvae facta monasterio memorato confectum, et diximus ut si quis rationabile haberetis, opponeretis illius contra concessionem predictam. Vos autem quoddam instrumentum in audientia nostra fecistis legi: Deinde nos vos propositis rogavimus ut obtentum et nostrum amodo, si quid de silva ipsa crederetis ad vos quomodolibet pertinere, illud Deo coram nobis, quibus jus proprietatis habeamus in illa, non est de nostro vobis, quibus non est de vestro gratiam inde fieri petebamus. Quorum igitur, cum hinc videremus vos paratos ad nostram petitionem exequendam, quia tamen a vobis in negotio necessitis, unitatem vestram rogamus in Domino et monemus, in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatenus Deo laudem et nobis gratis honorem, quicquid juste vel injuste in eadem silva turbare contenditis, de quo monasterio supradicto pro salute animarum vestrarum nobis concedatis in dominum. Alioquin vos quod cum hoc in nomine postulemus illius, qui multum Deum irrecuperatum relinquit, si ad preces nostras istam cum suis famulis fecerit pietatem multo pejor erit vobis quae animabus vestris de ejusdem interventu proveniet, quam utilitas quae de usu jam dictae silvae corporibus proveniet. Vos quoque certum vestra non credimus sic inquietudo de cujus silvis faciamus vestris necessitatibus provideri. Si vero perpetuo voluerit quod rogamus, sub banno autem districtum vobis districtius inhibemus, ne quis vestrum, sive masculus, sive femina, per se vel alium quicquam de silva praefata capere seu contrahere

[illegible] examine curetis [illegible] exquiri. Datum Tarenti, [illegible] Decembris, Pontificatus nostri anno XI. // Ceterum Collegiorum [illegible] Litt. S.

- Verum quia gravabant nihilominus in eadem sibi dictorum hominum molestiae, [illegible] vegetate tenui Pontificii clementia eorum insolentia, has eisdem Litteras dirigenda censui.

N. Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Collegiorum nostrorum salutem et apostolicam benedictionem. Grave gerimus, et indignum, quod dilectos Filios Priorem et Conventum S. Bartholomaei Cartusiensis Ordinis, multipliciter molestantes, nihil eorum, [illegible] nostro contempto, vexare, [illegible] nisque quam pravis non metuistis contrectare. Decet, nisi nobis fuisset ab Deo humiliter supplicatum ut hanc vobis remittere dignaremur offensam, procul dubio ita vestram castigare studeremus curaremus, quod vestrae castigationis exemplo alii terrerentur. Quocirca universitatem vestram monemus attente et hortamur, per Apostolica vobis scripta districte praecipiendo mandantes, quatenus ab omni praedictorum Dei servorum molestatione cessantes, super praedictis nihil mandatum quod per alias Litteras vobis meminimus iniunxisse, servetis. Alioquin non solum Nobis; verum etiam aliam gravioram et dignam poenam procul dubio incurretis, non expectantes a nobis iterum commoneri; qui cum parati simus secundum Apostolum inobedientiam omnem ulcisci; si praefatum a vobis contempta fuerit commonitio, jam non ultra monitionem sed ultionem debitam opponemus. Datum Laterani, nonas Decembris, Pontificatus nostri anno XI. // Alius [illegible] Collegiorum XXI, Litt. H.

Scripta cum hac inter Collegiorum et Monasterium nostrum agebantur, Vicarii [illegible]

contrario locorum cum eodem Monasterio se bene gerentes, ejusdem Patribus et bonis debitam reverentiam et honorem præstabant et obsequebantur. Huic cum, aforentibus nostris, interfuisset S. Innocentius Papa, meox exultavit in gaudio, atque e vestigio, his datis Litteris, sic illis gratulatus est;

" Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis hominibus Viarii fidelibus nostris, salutem et Apostolicam benedictionem. Sestum gessimus et receptum, et devotionem vestram in D° plurimum commendamus, quod, sicut dilecti Filii Prior et Fratres S. Bartholomæi Cartusienses Ordinis, nostro Apostolatui retulerunt, eos prædecessoribus et bonæ memoriæ tractatis. Monemus igitur universitatem vestram et exhortamur, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus sicut gratum Omnium ac nostram curam habetis, ipsos et eorum justitias commendatos habentes, nec perturbatis in aliquo, nec perturbetis ab aliis, nec permittatis ab aliis, quantum in vobis fuerit, perturbari; sed potius ad pacem et tranquillitatem ipsos eum operam efficacem impendatis. Datum Laterani VIII Idus Decembris, Pontificatus nostri anno XI. Ceterum Epist. 2ª Lett.ª C.J.

Hujus etiam rei et anni habemus confirmationem Gregoriæ nostræ prope Basilicam S. Blasii in Castro Viæ, quam ex bonis Monasterii sive Abbatiæ Vetteri non est ambigendum fuisse. Sic se habet.

" Innocentius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis Filiis Priori et Fratribus S. Bartholomæi Cartusiensi Ordinis salutem et benedictionem Apostolicam. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petitionibus præcibus favorem benevolum impertiri. Eapropter Dilecti in D° Filii, vestris justis postulationibus inclinati, Grangiam quam habetis prope Basilicam beati Blasii juxta Viam, sicut eam juste ac pacifice possidetis, vobis, et per vos Ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei

cum Ecclesiis ad eam spectantibus. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani VIII Idus Decembris, Pontificatus nostri anno XII. (Archiv. Vat. primo Litt. X).

Quae habitantium numerum valde excedit, jam scilicet in superioribus annis adeundum suppetunt, unde illic Lectorem remitto.

Annus Christi 1209	Ordinis nostri 125	Domus Crisulti 5ª
D. Innocentii III	D. Jancellini Gen.ª XI.ª	D. Raculphi Prioris primi
anno XII	Annn. XXXI	Annn. V.

Millesimum ducentesimum nonus sequitur annus, in cujus decursu Domus Crisulti queritur, circa quod tempus (annorum enim praecise non habemus) D. Innocentius Papa III sponte et juxta beneplacitum suum huic venerabili Domui et Monasterio jus omne quod habebant in Sylva Eis Collegarensibus eminentibus hominibus, libere ex sua Apostolica auctoritate sua dare et concedere non dubitavit, inhibendo propterea illis ne amplius in eam accedere praesumerent, prout carptim ex nonnullorum testium depositionibus, de mandato D. Honorii Papae (ut infernus dicemus) examinatorum elicitur, (de quibus Archiv.° Collegarens. XXI Litt A, et Miscellaneorum n.° 142); Mensem ex quodam etiam D. Honorii Papae rescripto hoc ipsum testante signato Litt.ª CC, Archiv.° Collegarens. XXI. Clarissimus enim quod hac probationibus, ejusque concessioni Apostolicae carerent. Et in tantum hoc anno facta fuisse videntur, in quantum ipsi testes de pluribus deponunt annis praecedentibus annum 1612?.

Hoc item anno Monasterium de nonnullis aliis possessionibus et bona violenter et incerte illi pertinentia, per sententiam D. Albertini D. Innocentii Papae Capellani, et in hac parte Judicis delegati, vindicatum fuit. Cujus Decreti tenorem hic inserere

eccl. reiquit, et talis est.

In nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem 1209, anno 12° Pontificatus D. Innocentii tertii Papae, Indictione tertiadecima. Inventum facta et dicta quarumdam cartarum sine scriptarum representatione seu confirmatione quarundam dissolvi videmus: Ideoque nos in futurum nobis praecavere, sententiam quarumdam possessionum, sicut inferius continetur, ad Ecclesiam S. Bartholomaei de Erisulto pertinentium a D. Athalrino superioris D. Papae subdiacono et capellano auctoritate ejusdem D. Papae pro ipsa Ecclesia S. Bartholomaei promulgatam in scriptis redigere curamus. Praefatus quidem D. Athalrinus D. Papae subdiaconus et capellanus, de mandato ejusdem D. Papae quarundam possessionum monasterii S. Bartholomaei de Erisulto alienatas evocandi facultatem haberet, easdem per publicum instrumentum, et de cuncta omnes alienatas revocare. Quarundam possessionum quae tunc non apparebant, et modo inventae sunt, quia tenetur ex officio mihi injuncto ipsas evocare, duxi evocandas. Et quia cum quibusdam detentoribus ipsarum possessionum de ipsis revocandis cognitionem habere tractaturi, mandavimus eis ut ad certum diem se nostro conspectui praesentarent, tractaturi nobiscum de dictis possessionibus, ut ipsa negotia ad finem possemus ducere prospectatum. Illi vero non cogitantes quae recta sunt circa negotia ista, et quae de jure debent observari, ad terminum eis praefixum venire non curarunt. Unde de consilio virorum prudentum possessionem illam unam rem, super quibus sunt tracti in causa et vocati a nobis, ipsi monasterio adjudicamus: videlicet portionem cujusdam terrae positae in Erisulto, quae dicitur ad Arminia uxore Lucae, et juris ejusdem Calvorelli quam tenebat Gregorius Officialis, et terrae quam tenet Berardus Joannis Simeonis in supradicto fundo Erisulti adjudicamus proprietatem. De omnibus aliis possessionibus, quae superius et inferius enumeratur, adjudicamus possessionem tantum: scilicet De domo Brigadi cum posita in curte ejus in parocchia

S. Angeli; et de illa hereditate quam fuit Joannis Dominici, quam tenet Clarissima; et campisinos de Vibe in valle Seguani quam tenet Joannes Lofredi; et hereditate quae fuit D. Wilfrey; et campisinos praedictae vallis Seguani quam tenet Guintavalli; tali conditione, quod Guintavalli veniet contra, ut cui et in praesenti decem libras provisinorum Curiae; et terram quae tenet Petrus Egidii, Grimaldi Petri, et Agnes Gualani; quae sunt positae in Colle Columnum et in Bimmali; et terrae de Charge juxta vineam S. Dominici; et terrae de Begano juxta viam publicam; et terrae Petrae latae positae in territorio Albati, quam tenebat D. Adalgisi; et de olivis quae sunt in Ferraginali D. Sulfridi Malgensa in eodem territorio; et de terra et foro quae est in territorio Cribilliani quam tenet D. Gregorius de Babuco; et terrae positae prope voluntatem ipsius castri Cribilliani, quam tenet Petrus D. Jobbolini; et terrae quam tenent haeredes Joannis Symeonis de jam dicto castro, quae tenet Maria Mamanna; et terrae Paterni juxta fossatum, quam tenet Joannes Gemmae. Huius sententiae hi rogati testes fuere: D. Joannes de Gregorio sacerdos S. Catharinae Gaudentii, D. Landulphus socius ejus, D. Thomasius filius D. Berardi de D. Odone et Gregorius Crescentii de Vico.

Ego Joannes J. Bonifacii Ecclesiae Serviensis et Civis Ferentinus, de mandato supra memorati D. Adalberti et rogatus a testibus scripsi et signum fec. T. // (et Abbatis Vici XI. Lit. E).

Non est negligendum hunc D. Adalbertum inter Benefactores Domus nostrae, sed D. Innocentium Papam (a quo generalem Deum fere omnia quae habemus recognoscere dignum et justum est) secundum ordinem temporis locum habere, et pure quidem; nam ceu domestici subsequi proprii, rebus Monasterii nullo non tempore favit, et libertatem quam jurgio praefata radicitus evulsit. Quamobrem in fine ejusdem veteris martyrologii M. S. inter

plures Benefactores nostros ibi recensitos, huius etiam D. Matrimonium legimus repositum his verbis: "Albergitus Leo de Abbate subdiaconus Dni Papae".

Hoc anno erant in Domo iidem qui supra, ut credimus.

Ann. Christi 1210	Ordinis nostri 126	Domus Trisulti 6
D. Innocentii III	D. Iancellini Senis X.	D. Radulphi Trioris primi
Ann. XIII.	Ann. XXXII	Ann. VI.

Annus millesimus ducentesimus decimus, indictione tertia decima, ordine venit Trisultinae Domus sextus, in quo cum mihi peculiarius se offerunt conspectui nostro oblationem sui et unius terrae positae in Sulcula cum arboribus, via et omni hereditate sua, quae est juxta viam publicam, juxta terram Gregorii Clari, et alteram Gregorii Joannis Ilei, a quodam Nicolao Domnedei huic Venerabili Monasterio sub die 5 mensis Decembris praesentis anni factam, ultro exhibemus. (Testes Vid. XV. Litt. C.)

Ast 9na Patres et Conversos Fratres eosdem esse reor quos supra meminisse non sum oblitus.

Annus Christi 1211	Ordinis nostri 127	Domus Trisulti 7.
D. Innocentii III	D. Iancellini Senis X.	D. Joannis Trioris secundi
Ann. XIV.	Ann. XXXIII	Ann. I.

A Jesu Christo D. Nostro clementissimo in terris orto millesimus ducentesimus undecimus, et a Trisultina Domus ortu septimus surgit annus, indictione quartadecima, valde nobis memorandus propter illud praeclarum atque illustre privilegium, seu plurimum potius privilegiorum cumulum, quod in uno eodemque diplomate congesta D. Innocentius hujus nominis tertius, nostraeque Certusiae primus ortus praecipuus fau-

tor Benefactor et Auctor indulgere dignatus est, cujus exemplo et pietate sicuti in Hermicis hisce montibus ejus Divina barbuisse, ita ejus non minus munificentissimis largitionibus et honoribus plurimum crescere hac montana coalescere gloriatur. Atque ne praeteritum ex suo fonte diplomata deperemptum:

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei Dilecto Filio Petro et Fratribus S. Bartholomaei Apostoli de Eremito Cartusiensis Ordinis, tam praesentibus quam futuris, eremiticam vitam professis, in perpetuum. Ut nec cultura caelestis in qua nunc Divina Cartusiensis est ordo plenitudo, ita jam pulcritudo suos longe late que diffudit, flores producentes et fructus uberes et suaves, et eorum delectati fragrantia decrevimus justa nos ipsius desiderabile germen habere, non solum ut ejus intercessionibus apud Deum efficacius adjuvemur, verum etiam ipse Ordo ex Apostolicae Sedis vicinitate familiarius sibi jungatur in visceribus charitatis. Ea de re Ecclesiam S. Bartholomaei de Eremito prenominato Ordini Vestro concedimus faciendi ibidem construi monasterium secundum ejusdem Ordinis instituta. Vestris igitur justis precibus annuentes, praefatum S. Bartholomaei monasterium, in quo Divino cultui obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus, et praesentis scripti privilegio communimus: imprimis siquidem statuentes ut eremiticus Ordo, qui secundum Deum et justitiam Cartusiensium Fratrum in eodem loco institutus per nos esse dignoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eidem monasterium impresentiarum rationabiliter obtinet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Deo poterit adipisci; firma vobis vestrisque successoribus illibata consistant. Terminos autem, qui Domui vestre provide sunt statuti, auctoritate Apostolica confirmamus, qui pro-

fecto sunt hi, videlicet, rivus veniens de Guarcino usque
Dum jungitur flumini Collepardi; inde ascendit
montana; inde tenditur circumcirca per S. Felicissimum de
Obscurano, per Lavacellum, per S. Egidium de Colle, per
collem de Stella; inde descendit ad rivum Vallis
ex parte casamarii ad Ecclesiam Sta Mariae de Marsano.
Videm ex altera parte valli incipiunt quaedam
montana usque contra Strain malam pervenientia
per loca, videlicet: S. Joannem de Vallis, S. Ste-
phanum de Mortaria, vallem fraxinorum. et Alba mala
itur circumcirca per montana usquedum veniat
ad campum carrum supra Guarcinum, et inde
descendit per vallonem citra Guarcinum usque ad ri-
vum ejusdem castri in principio nominatum. Ad instar
quoque felicis memoriae Celestini Papae praedecessoris
nostri, qui capitula subsequentia ordini nostro concessit
sicut in ejus privilegio nos ipsi perspeximus continere
auctoritate Apostolica interdicimus, et sub interminatione
districte prohibemus, ne quis infra prae-
dictos terminos Domus vestrae, homines capere, per-
tum seu rapinam committere, aut ignem apponere
vel homicidium perpetrare audeat, aut homines
venientes ad Domum vestram, vel redeuntes ab
ea quomodolibet perturbare, aut ab eorundem Do-
et Domus vestrae, infra praefatos terminos non solum
vos et Fratres vestri, sed etiam alii plena pace gaudeant
et quiete. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos
et absolutos a saeculo fugientes, ad conversionem vestram
recipere, eosque absque ullius contradictione in vestro
Collegio retinere. Prohibemus insuper ut ab hominibus
vestrorum, post factam in eadem loco professionem,
absque licentia sui Prioris fas sit de domo vestra
discedere. Discedentem vero absque litterarum com-
munium cautione, nullus audeat retinere. Sane
laborum vestrorum quos propriis manibus vel sumpti-
bus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimen-
tis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere pre-
sumat. Cujcunque igitur statutum est infra

Cimiterium Ecclesiam a Christi possessionem vestram,
nulli Religioso liceat quamcumque edificia de novo construere,
vel possessiones acquirere sine vestro consensu vel Romani
Pontificis licentia speciali. Consecrationes vero altarium
seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum vestrorum,
qui ad sacros Ordines fuerint promovendi a Diocesano
suscipiatis Episcopo communionem et gratiam Apostolicae Sedis habente, si ea vobis gratis et absque pravitate aliqua voluerit exhibere; aliquem liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Pontificem
qui nimirum vestra petitioni canonicae favere noluerit.
Sepulturam ecclesiae vestrae nullis obvenire volumus injuriis
aut violentiis, quatenus cuncta quae ibi fuerint pro Dei
servitio atque Sepulturae libertate disponantur. Prohibemus insuper ut ex quo apud vos Religionis propositum fuerit, nullus absque evidenti rationabilique causa et Fratrum vestrorum consilio de eodem Monasterio discedat. Quod si
forte discesserit, nullus sine vestris litteris ad aliquam
Religionis domum recipiatur. Cum autem generale Concilium celebrare fuerit disposition, vos qui specialiter Apostolicae Sedi subjacetis, nullatenus volumus interesse, nisi
forte ipse Romanus Pontifex per se ipsum vel per suum
Legatum vestrum voluerit interesse Concilio. Obeunte vero
te nunc ejusdem loci Abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem Fratres
communi consilio secundum Dei timorem, vel beati Benedicti Regulam, aut totius Congregationis eligerint unanimiter
et concorditer. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum
liceat praefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus
possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu
quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione
concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis
Apostolicae auctoritate, et Diocesani Episcopi canonica
justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, saecularis-
ve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove
commonita, si non reatum suum congrua satisfactione
emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat,
reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate
cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et
Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque
in extremo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis
autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini
nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis
percipiant, et apud districtum Judicem praemia aeternae
pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

legitimum contradictorem vindicare. Statuimus etiam ut
prefatum Interdictum terre communis, Monasterium ejusdem
excommunicati et interdicti exclusis, a divinis non
cogatur abstinere. Decernimus vero ut nunc ejusdem loci Prio-
ri et cuilibet successorum, nullius in illo quali-
bet surreptionis astutia, seu violentia prorsus valeat, nisi
quem Fratres communi consensu, vel Fratrum major
pars consilii sanioris secundum Deum et approbata
vestri Ordinis Instituta providerint eligendum. Decer-
nimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prae-
fatum Monasterium temere perturbare aut ejus pos-
sessiones auferre, vel ablata retinere, minuere seu
quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra
conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustenta-
tione concessa sunt, usibus omnimodis profutura,
salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in
futurum ecclesiastica saecularisve persona hanc nostrae
constitutionis paginam sciens contra eam temere
venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi
reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divi-
no judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat,
et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini
Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extre-
mo examine districtae ultioni subjaceat. Cunctis autem
eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu
Christi quatenus et hic fructum bonae actionis per-
cipiant, et apud districtum Judicem premia aeternae
pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Epis-
copus ss. Divinae sequentes subscriptiones septem et decem
S.R.E. Cardinalium.

Datum Laterani per manum Joannis S. Mariae
in Cosmedin Cardinalis S.R.E. Cancellarius, II Kal.
octobris, indictione XV, Incarnationis Dominicae anno
1211; pontificatus vero D. Innocentii Papae III anno
XIV. — Bullae Pontificiae n. 165; — Immunitas Eccles-
tica n. 22, et 39. — (Archivio Alberi XV, Litt. K).

Licet ut tutius obliquemus procacis populi rabies
quiescat suis litteris, dii nempe VII octobri subsequentis
collyaricensibus et Viani hominibus ea, personas et
bona nostra hoc ordine commendare, supradicta etiam
si secus fecerint, XX librarum depresium commissio
ne nonerit cunctatus, videbit.

publico exinde confecto plenius continetur, vobis et per vos Ecclesiæ vestræ, auctoritate Apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem rei evidentiam, tenorem ipsius Instrumenti præsentibus duximus inserendum; Latino tamen (quod propter simplicitatem tabellionis erat valde corruptum) sermone correcto. Cujus tenor est talis: In Dominine D. Dei salvatoris nostri Jesu Christi. Deo propitio, Sanctificatus D. Gregorii Summi Pontificis Mundecimi anno secundo, Indictione quarta, mensis Augusti die XXIX. Ego Leo subscripsi, Clemensius, Joannes Diaconus, Ego Bobus Leo Minni, Leo Lupi, Deodatus presbiter, Clemensius Filius Franci, Cubicularius, Ego Joannis Pacis, Ego mundus filius Benefacte, Leo Berius Joannis Liby Corvini, cum parentibus et consortibus nostris, et Joanne Albo judice, Sergio Constantii, Joanne Ferrario, Actore Curtis, Leone filio Ilti albi et Fortiolate præsentibus, et consentientibus omnibus hominibus Castri Dei; pro Dei omnipotentis misericordia et redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, propria et spontanea voluntate concedimus et donamus Ecclesiæ S. Bartholomæi Apostoli, quæ posita est in fundo et ubi dicitur rivus Fortuni, et tibi D. Dominico Abbati, tuisque successoribus qui in eadem Ecclesia intraturi sunt ad serviendum Deo, proprietatem de hereditate nostra, quæ est in Ejci in loco ubi dicitur Rivus Fortuni; id est terram seminatoriam sectionalem cum silva et aspectu et omnibus ad eam pertinentibus, designatam inter hos fines; ab uno latere Rivus albus juxta Rebumariam; ab alio latere terra nostra quæ

Annus Christi 1215	Cursus vulgaris 1230.	D. Gregorii IX.
D. Innocentii III	D. Joannis Abbatis 14.	D. Petri Abbatis 2.
Pontif. XVIII	Regni 37.	Regni 2.

respicit Deschum Lupertini et mittit in flumen unde aqua pergit, ubi alia littera Petra media. In ipsa superscripta terra et silva iuxta ista supradicta littera quas vobis per cartulam donationis tradidimus, nullus Episcopus, neque Monasterium habeat potestatem, nisi Pater et Filius et Spiritus Sanctus, nullus alius ibi dominetur nisi nos, vel quem nostrum permittat, cum ipso jam dicto Dominico et successoribus ejus. Insuper quando ipse Abbas de ipso Monasterio migraverit, licentiam habeat ipsa congregatio eligere Abbatem qualem inter se providerint meliorem. Et nos defendere promittimus vos in omni loco, ubi tibi Dominico Abbati et tuis successoribus opus et necesse fuerit. Quod si nos et haeredes nostri defendere noluerimus, simus excommunicati et anathematizati a Deo omnipotente, sanctis Apostolis, Martyribus, Confessoribus et Virginibus, et habeamus partem cum Juda traditore in Infernum, et ardeamus in sulfure et igne. Et insuper obligamus nos et haeredes nostros componere praedictae Ecclesiae, et tibi D. Dominico Abbati, tuisque successoribus libras centum nomine poenae, et postea ista cartula donationis firma fiat, quam scribi rogavimus per Lupertum tabellionem civitatis Atinensis, anno et Indictione supradictis. Signum supradicti Lamfridi, qui hanc cartulam donationis cum consortibus suis fieri rogavit, et Haredes tabellio rogatus est testis, Grimus filius Constantii rogatus est testis, Leo filius Martini Lamfranci rogatus est testis, et Ego Lupertus tabellio civitatis Atinensis complevi et absolvi. — Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis

Innocentius VIII 1485 | Clemens VII 1531 | Paulus III 1535
I. Innocentii III | I. Lucelburg. Ep. XI | I. Bullar. T. 3
Anno XVIII | Anno 37 | Anno 2

infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Ferentini, II Idus Augusti Pontificatus nostri anno XVIII. (Bullar. Romanum Tom. I. pag. 11.)

Et in parum esset hoc facisse nisi benignitatem super benignitatem apponendo, omnibus illustrasset indultis atque immunitatibus suum Exsultantium Coenobium, Summus et piissimus Pontifex Innocentius hac ideo anno eodemque pervacitate mense, a cujusvis Potestatis aliorumque, his plane verbis:

"Innocentius Episcopus servus servorum Dei, dilectis Filiis Priori et Fratribus S. Bartholomaei de Exsulto, salutem et Apostolicam benedictionem. Illius exemplo, qui eorum quae fecit nihil delevit, attendentes vestrum votum, quod vestris constructum est sumptibus et dotatum, speciali diligentes in Domino charitate, necessitatibus vestris speciali et volentes et debemus sollicitudine providere, specialibus vos immunitatibus munendo. Eapropter, Dilecti in Domino Filii, devotionis vestrae precibus inclinati auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut in quolibet terra Patrimonii B. Petri; victualia seu alia quaelibet vestri usibus necessaria non obstante locorum aliquo interdicto, emere vel permutare, seu dono recipere ac deferre quo volueritis, sine plateatico vel pedagio libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere vel

Annus X^ti 1215 | Ordinis nostri 131 | Sanctus Evisulti
C. Innocentii | C. Honorii PP. X | C. Sextus anno 3°
Anni: XVIII. | Anni: 37. | Anni 2.

ei casu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Anagnie VIII Kalendas octobris, Pontificatus nostri anno octavo decimo." (Bullar. Sanctis. cit.)

Hoc etiam tempore plures a Monasterii nostri Patribus possessiones comperatae sunt et nonnullae permutatae, videlicet:

Emptiones factae sunt hae:

Fr. Petrus et Guido Conversi nostri emerunt a Grimaldo Iasse tres possessiones in Evisulti, quarum una est in Valle Costantii juxta bona nostra; altera juxta eadem bona, et altera juxta res Rossidi Vic. et Matilii Biviani; pro pretio solidorum viginti proven: (Ex stat. Collig. ann. XII. litt. A.

Item eadem die iidem Fratres emerunt aliam terram ibidem, juxta aquam Latam, bona ipsius Monasterii et Petri Amati, pro solidis quinque pro ditata monetae. (Ibidem.)

Fr. Amatius a Bartholomeo Lodulfi aliam emit possessionem sementariciam in territorio Evisulti juxta res Joannis Belli, Simeonis Gualgani et monasterii nostri ac viam publicam, pro solidis XIV. (Ex Mystab. Collig. ~~XII~~ litt. X 16.)

D. Nicolaus Procurator aliam similiter terram a Blanca Octaviani, in Evisulti positam juxta viam publicam et bona Monasterii, pro XII solidis proven: (Ex Mystab. Collig. litt. V.)

Idem ab Amato Gregorii aliam pariter terram in Evisulti juxta terras Rossidi &c.

et Ecclesiae nostrae, pro solidis IV proveny. (Ibidem)

Item supradictus Petrus terram comparavit a Bonohomine Adinulfi in Castello Erisulti jacentem juxta bona haeredum Dedi Corradi pro VIII solidis ejusdem monetae. (Ex Ghibelli Collectaneis)

A Nicolao Joannis Amatoris aliam terram in Erisulto ad Murta juxta bona Raymonis; aliam ibidem ad aquam Lotam juxta bona nostra et Pellitta, et aliam in Castello juxta bona Monasterii; itemque alteram labinam pro pretio in totum XXVIII solidorum. (Ex Ghibelli Collectaneis)

A Bartholomeo Joannis Bonis terram in Erisulto, juxta bona nostra, pro solidis X.

A Lupula Landulfi tria loca terrarum in Erisulto, quorum unum est juxta terram Mariae Landulfi, alterum prope bona Grimaldi Donneti, et alterum prope bona Bertae Landulfi, pro quinquaginta solidis proveny. (Ibidem)

A Joanne Gilii terram in Serreto, pro quatuor solidis. (Ibidem)

A Bartholomaeo Vivi et sororibus ejus duas terras in Erisulto, quarum altera juxta bona nostra, et altera in Valle Constantii juxta res Erasmitta pro triginta quinque solidis. (Ibidem)

A Mira Erasmundi medietatem terrae pro indiviso possessae in Erisulto, pro solidis octo. (Ibidem)

A Joanne Donadei duas terras in Erisulto una in Castello alia ad aquam Lotam, pro XIII solidis. (Ibidem)

Annus Christi 1215 Ordinis nostri 31 Domnus Gerardus II
D. Innocentii III Dni Joannis Papae XI Dni Petri Prioris 2°
Anno: XVIII. Anno: 3°. Anno: 2°

Costremo a Nicolao de Vico cum consortibus suis duas terras in Erisulto ad Frassum et in via Castelli, pro solidis x. (Idem.)

Permutationes vero hae sunt:

In primis cum Joanne Ederisii permutavit Fr: Petrus Conversus noster quandam terram positam in Orcano, cum duabus terris ejusdem Joannis in Erisulto existentibus; una videlicet in Castello, juxta bona Monasterii et Philippi Orcisii; alia in Lota juxta res Monasterii et ejusdem Joannis. (Obligat. Capsul. V. litt. L.)

Item cum Petro Landi quandam terram in Vinnale cum duabus terris praedicti Petri in Erisulto: una in Plano juxta aquam Lattam et terram Grimaldi Dodati; et aliam ad Caucum juxta res Gregorii Simonis et Monasterium. (Ibidem.)

Similiter cum Aldrico et filio Amerii Vici vineam in Balonia, quae fuit fratris Crescentii, cum altera vinea in loco dicto Colle Lei Vetri juxta vineam Monasterii. (Capsul. Oblig. XII litt. A.)

Denique cum Amato Gregorii duas terras in Stiano et in Scurano pro medietate terrae pro indiviso possessae a praedicto Amato in Erisulto in Valle Costantii, juxta bona nostra. (Ibidem.)

Nomina VV. Patrum et Fratrum nostrorum hujus anni 1215

Monachi: VV. D. Bertius Prior anno secundo. D. Nicolaus Procurator, D. Joannes Procurator. D. Andreas. D. Petrus, D. Dobege. D. Riccardus.

Fratres Laici: F. Guido, Fr. Nicolaus, Fr. Arnaldus, Fr. Amerius, Fr. Petrus, Fr. Jacobus, Fr. Bonus, Fr. Ugmon, Fr. Maximus, et Fr. Constantius.

Vitali: Sabbatius, Leo, Joannes, Bibliarius.

Clemens XI. 1711 Innocentius XII. 1691 Clemens Decimus 1592
S. Innocentius III. S. Sacerdotius ejus 81 S. Sordidus ejus 3.
anni: XIX anni: 38 anni: 10

Anno Redemptionis sequitur millesimus centesimus sextus decimus, Domini Ezechiel. Duo decimus, Indictione quarta, nobis perfecto valde deplorabilis obmortem D.N. Pontificis Innocentii XII. hujus sacri Monasterii fundatoris, Die 16. mensis Julii hujus, presenti anni, Dominicae secunda: quia S. Dionysius hujus nam sedem teniisset, emphiosa ut igne nobis nostrisque nostro privilegia, longeque majora beneficia contulisse non ambigimus.

Antequam autem tanti ac tam benemeriti Pontificis laudetur memoria, cum ex veterum Patrum nostrorum traditione habeamus compertum, praecipuas Sanctorum reliquias, quae in hac nostra venerantur Ecclesia ejusdem munificentia nobis donatas fuisse, non erit inconsequens eo illas ordine, quo in vestigio quidem Domus nostrae Martyrologio ms. describitur legentur, hic sigillatim recensere. Videlicet.

Hae sunt nomina Reliquiarum quae in nostra Ecclesia continentur. Crimen de D. Jesu Christo sunt apud nos Reliquiarum talia inscripta. De Ligno Dni in Duobus locis. De Cenaculo ejus. De Vestimentis ejusdem. De lapide ubi praedicavit in monte Ebabor. De Sepulcro ipsius. De loco Jejunii. De loco Transfigurationis. De loco Ascensionis. De Veste ipsius. De praesepio et fascia. De Zona Dni. De Sustentamentis Passionis ejus videlicet De Sudario, de Spongia et de Sindone sepulchri. Hastam et in Cruce. De Ligno Dni, et in quatuor angulis ejus de S. Philippo Apostolo.

Secundo loco de B. Virgine habemus haec:

Thomas Apti 1216 Thomas cantuar. 1232. Thomas Cresulle. 12
D. Innocentius III anno: XIX. D. Honorius III anno: 35 D. Gregorius IX. anno: III

De sepulcro. De Lecto ejusdem, de vestimentis et pallio ejus, de zona ejusdem.

Item de S. Jacobo Boetio.

De Cede ejusdem, de panno quo fuit involutus digitus ejus.

De Apostolis quos habemus Reliquias istas.

De S. Bartholomaeo in duobus locis, de S. Matthaeo de S. Thoma, de S. Barnaba, de SS. Apostolis Petro et Paulo, Andrea et Taddeo. De cruce Apostolorum Petri et Pauli, de S. Andrea, de S. Jacobo fratre Dni in duobus locis. De S. Jacobo. De S. Simeone, de S. Matheo Evangelista et de S. Luca Evang.

Habemus de Martyribus reliqua et istis.

De S. Vincentio, de S. Faustino, de S. Ignatio in duobus locis, de S. Procopio, de S. Eustachio, de S. Macabeo, de S. Stephano protom. in duobus locis, de Sanctis Crisanto et Daria, de S. Georgio, de S. Semiriano. Item de Sanctis Irineo et Abundio, Crotb et Jacintho, Marco et Marcelliano, Honorato, Saterno et Libateno. De S. Stephano, de S. Laurentio, de S. Antimo, de S. Valentino, de S. Marinio, de S. Cosma in duobus locis, de S. Dionysio, de S. Leontio, de S. Casario, de S. Lino cujus de SS. Cirelio et Victorino. De S. Irineo in duobus locis, de S. Sebastiano in tribus locis. De S. Xisto Papa in duobus locis, de S. Callisto Papa in duobus locis, de S. Anthimo de SS. Nereo et Achilleo, de SS. Hipolyto et Dionysio, de SS. Cosma et Damiano. De S. Christophoro, de S. Blasio et Demetrio. De capite et veste S. Felicis, de S. Prodosio uno de septuaginta Duobus discipulis. Item Alexandri Petri Alexandrini, et Marcellini cujus pellicinni, Vitti et quadraginta Martyrum de Sebaste. Erasmi et Leonis, et de Pallio S. Thomae Martyris in duobus locis; de lapide quo lapidatus est S. Stephanus

Annus X^us 1216 | Ordinis nostri 132 | Domus Ecclesiæ 62
D. Innocentii III | D. Honorii PP. X | D. Basilii Archi 8
anni XIX | anni 38 | anni III

mus. De S. Thoma Cantuariense in tribus locis, de S. Romano, de S. Sisinio et Saturnino, Joannis et Pauli Luciani, Cancratii, Quirini Ep. et Felicis. Item quatuor Coronatorum, Valerii, et Bonifacii. S. Sebastiani in duobus locis, Felicianæ et Marmenii, SS. Maximi, Exuperii, Candidi et Victoris, SS. Gervasii et Protasii et de terra S. Angeli. Item Eleutherii, Epimachi, Eusebii, Blasii et Anastasiæ, SS. Clementis, Sergii, Bacchi et Demetrii.

Habemus et Confessorum Reliquias istarum, scilicet:

S. Nicolai in tribus locis. S. Martini in duobus locis, S. Gregorii. S. Theoduli in remedium tempestatum. Item Britii, Augustini, Silvestri, Hilarii pictaviensis, Blasii, Innocentii, Leonis, Paulini, Dominici et Brunonis. Omnes prædicti Pontifices et Confessores sunt.

Item aliorum Confessorum:

Procopii, Zenonis, Epiphanii, Hermetis, de pulvere S. Bernardi, et de Sudario S. Hugonis Carthusiensis Episcopi, Simeonis, justi, Abdiæ, Eliæ, Abdiæ, Dominici, Deodati, Anthonii, Eutelii, Sabbatii et Sabæ. De cuculla S. Hilarionis abbatis. Item Danielis et Samuelis Prophetarum. De S. Joseph Sponso B. V. Mariæ. De Virga ejus. De Reliquiis quæ fuerunt inventæ apud Sanctæ Sanctorum. ?

Habemus postremo de Virginibus istis:

De S. Agatha, de S. Agnete, de S. Lucia, de S. Cæcilia, de S. Lucina, de S. Marinenia. De Virgine una ex undecim millibus in duobus locis, de S. Margherita, de S. Secundina, de S. Apodemia. (Hic vero nonnullorum litterarum abrasio manifeste cernitur, super quam varia manus atque recentior sic scripsisse est:
De S. Catharina de Senis, quæ catenam [illegible]

Chronici A° 1516 | Chronicon A° 1532 | Chronicon Cassinense
Chronicon Sanctae Crucis | Chronicon Sanctae Sophiae | Chronicon Sancti Laurentii
Chron. XIX | Chron. 35 | Chron. XII

sequitur: De S. Helena et Felicitate, de S. Sebastiano in duobus locis, de S. Juliana Virgine, de capite S. Mauri S. Eugeniae: de capillis S. Symphoricae, de S. Maria Magdalena, de S. Barbara, de S. Restituta, de S. Restituta, de S. Anastasia, de S. Cecilia.

Et aliorum plurimum sanctorum Reliquiae quorum nomina scripta sunt in libro vitae. Apparet et hic aliae Reliquiae, de quibus alia nomina non habemus. — Haec ex dicto vetusto MS. excerpta.

Inter haec autem Sanctorum nomina quorum Reliquiae in hac nostra requiescunt Ecclesia, reponenda sunt jure nomina SS. Mauri et Lucinii martyrum, quorum corpora de anno 1642 e coemeterio Calepodii huc translata, et retro altare majus recondita, adhuc in capsulis consueto sigillo munitis asservantur; absque eo quod tot portarum nomen lapsum nemo unquam nostrum recognoscere et agnoscere, prout decet, loco reponere unquam de animus sit.

Deinde Sancti etiam Amati Martyris, cujus corpus de anno 1648 ex eodem coemeterio ad hanc nostram Ecclesiam translatum, ac eodem pariter loco asservatum. Debita nunc fide et incorruptis recludione caret, propter unius vel alterius (nescio tamen cujus) simplicitatem, qui absque debitis solemnitatibus, sigillis effractis, illud e capsula sua extrahere non dubitarunt.

Desunt insuper aliae Sanctorum Reliquiae quae hic cum aliis venirent recensendae, earum quia alibi accurate descriptae sunt, in Sabbatis magno manuscripto quo, dum divina peraguntur officia, admodum D.D. Prior uti solet, illae lectorem remittit. Occurrunt etiam hoc anno assumendae Reliquiae

[illegible]	[illegible]	[illegible]

acquisitores et permutatores exhibendas. Et primo Grassimundus Lucujo jeburas vendidit terras in diversis locis positas, pro pretio novem librarum provens: (Testes per eas Albertus et Petrus Lit. A.)

Maria et Petri Rubei sexdecim loca terrarum in territorio Collispardi pro pretio viginti solidum provens: (Testis Albertus Lit. A.)

Martinus et Bertha Ugerarii duo loca terrarum in Erisulto, unum in pede Castelli, alterum ad Frassum, pro XXIII solidis. (Testes.)

Raymo de Collepardo aliam terram in Erisulto ad Frassum, et aliam in castello Erisulti, pro V solidis. (Testes.)

Ventura et Formosa uxor ejusdem terram in Serita, pro IV libris provens. (Testes.)

Joannes Leti Duas aliis terras, una est in castello Erisulti, et alia juxta Aquam Labam, pro XVI solidis. (Testes.)

Simon et Maria filii quondam Joannis Leonis terram in castello Erisulti, pro XII solidis provens: (Testis Albertus Lit. A.)

Boso et Maria filii Corilli, unam terram in eodem castello, pro solidis triginta et octo. (Testes.)

Rigal Lupanni aliam terram in Erisulto, pro IV solidis. (Testes.)

Heremita Rossi unum quod habebat super quandam terram in Erisulto, pro solidis decem. (Testes.)

Gregorius Logus quatuor loca terrarum in eodem loco, pro solidis XXX. (Testes.)

Philippus Petri aliam terram ibidem positam pro X solidis. (Testes.)

Superba Landonis terram in Erisulto, pro V solidis. (Testes.)

Ille Bonelli aliam terram in Mercatum pro VI libris proven. (Ibidem.)

Guyta Nardi unam terram in Crisulto in loco dicto Cupillum. Et Maria filii eius eodem instrumento aliam terram in Plagis, pro pretio trium librarum proven. in totum. (Addit. reformat. XVII ante A.)

Joannes Gregorii tria loca terrarum in Crisulto. unum ad Cursum, aliud ad Vadum et alterum ad Cursum pariter, pro XIV solidis. (Ibidem.)

Petrus Bartholomei unam terram in Malgolario pro quatuor libris et tribus solidis proven. (Ibidem.)

Rainerius Bonnaldi aliam terram in Crisulto juxta bona Rainaldi, pro pretio quatuor librarum et duorum solidorum proven. (Ibidem.)

Leo Gregorii aliam terram in Crisulto sub Crato juxta bona nostra, pro solidis XVI. (Reformat. addit. XVIII ante A.)

Rosa Petri vendidit tres terras in Crisulto: una juxta bona Gregorii Logi; ad Carbonarium altera; et altera juxta bona Ille et Abaciamoti, pro solidis XVIII. (Ibidem.)

Biviana et Maria Soveri quatuor loca terrarum in eodem loco; unum juxta terram Gregorii Joannis, aliud in pede Ulderii, aliud in Plagis Joannis, et ultimum in Vado Aguse Latæ, pro solidis quadraginta. (Ibidem.)

Maria Joannis Baronis tertiam partem terræ in Crisulto, juxta aquam Lertam, pro VII solidis. (Ibidem.)

Rainaldus Joannis Leonis duas terras in Crisulto: una in Lata, et altera ad Marta juxta bona Balsamorum, pro XXX solidis. (Ibidem.)

Terram de Ville	Terram ecclesie S. Petri	Terram Crisulfi
S. Terram Martini	S. Terram Petri	S. Terram Petri
anno: XIX	anno: 35	anno: [illegible]

Joannes Gualterii quinque terras in Crisulfo juxta bona Joannis Leonis, alia juxta res predicti Joannis et Formosi; altera juxta res Regni et monasterii; altera juxta terram Gayte, et altera juxta bona Formosi, pro pecia trium librarum proven. (Cartis. Oblat. a. XVI Leill f.)

Gregorius Simonis quatuor terras, una est in Crisulfo juxta bona S. Salvatoris, alia in Ecclesia in Nomo et alia juxta Aquam Latam, pro 30 solidis. (Mercam.)

Radise Rogeri filius totum vendidit quicquid est in Crisulfo a Joio et sorore sua, pro XXX solidis (Cartis. [illegible])

Rainerius Cuthe terram in Marzolano juxta bona Joannis Cenarutti, pro sex libris proven. (Cartis. Oblat. XII f.)

Joannes Regni terram in Cerito positam juxta bona Ethonis Regni pro quatuor libris et XV solidis proven. (Cartis. Oblat. a. XII c.)

Scorradus Orolandi filius, duas terras in Gorgoiano, una posita juxta bona haeredum Ilti, alia juxta bona Viviani Lei, pro tribus libris et XVII solidis proven. (Cartis. Oblat. a. XIV Leill c.)

Joannes Rolandi tria loca terrarum ad campum quarum prima posita est juxta bona Joannis Obulotte, alia juxta bona nostra et tertia juxta terram Le Viviani pro pecia librarum prov. 45 (Cartis. Oblat. a. XIV Leill c.)

Sequuntur commutationes hujus anni

Magister Rainerius permutavit cum Monasterio nostro terras ad Frassum, in Ariccone et

de Lectinum, pro quibus tribus terris habuit terram unam jesitam in Muzolano. (Notitia Wigberti c. XII litt. F.)

Maria Landulfi alias Terry emuero quinque in Crisulto jesitas, una juxta terram Leonis Joannis, alia juxta domum nostra, alia juxta Scholetti, alia prope domum Joannis Primicerii, et altera juxta domum alterius Benioni, pro quibus accepit terram in Monte cognominato Dictam Clusa. (Notitia c. XII litt. B.)

Itemque Joannes Serg. dedit Monasterio terras in Crisulto numero sex, unam in Castello, alteram juxta domum haeredum Fortis Juvenis, alteram juxta domum nostra et viam publicam, alteram ad Cyparum Latum, alteram juxta nostra domum, et accepit terram in Flagellum. (Not. c. XII.)

Benefactores vero sunt:

Gebolinus Austasi donavit quandam cryptam jesitam in Civitate et tabi cum quadam casalino jesito ante dictam cryptam, mensuram et libras quatuor et solidos XV monetae denariorum provesi. (Notitia c. XI litt. V.)

Item Petrus Joannis Carnadelini donavit totum quod habebat in Crisulto per diversa loca. (Notitia c. XII litt. S.)

Et Petrus Dominus Mercadat cum aliis consanguineis suis donavit omnes possessiones et bona quae habebat in Castro Crisulti, et alia omnia ubicumque jesita et omnia jura atque actiones competentia sibi in jam dictis bonis donatis, adversus quemcumque. (Notitia c. XII litt. C.)

Cum autem de Benefactoribus sit sermo, non abs re erit hoc anno quo Summus Pontifex Leo XIII vitam suam in D. finivit, antiquum

Annus ℔ᵗ 1216 Ordinis nostri 18ª Pontificatus Domini Honorii PP. III. anno I. Imperii anno IX. Regni anno 13. Regni anno III.

hic refere Benefactorum nostrorum memoriale in fine scripte citati martyrologii ms. descriptum, non tantum ut debitam exhibeamus meritis nostri conditoris gratiam nomina Benefactorum, et singulis annis legant, colligere studuerunt, eorum etiam ut, si quis illud martyrologium offendat, habeat unde intelligat quae singula quisque eorum beneficia et oblationes nobis monasterioque nostro contulerit, precent facili negotio assequi valebit, si huic subjectioni non steterit, sed Domini quorque nostros ordinem quae percurrere non graventur. Et sic habet.

Haec sunt nomina Benefactorum Ecclesiae nostrae, videlicet S.ti Bartholomaei Ordinis Cartusiensis. In primis ponitur pia memoriae D. Innocentius Papa III, qui primus plantavit Ordinem Cartusiensem in loco isto. Deinde Honorius PP. III. Gregorius PP. IX. Stephanus Cardinalis SS. Apostolorum, Stephanus Cardinalis, Innocentii Papae neptis, Joannes Cancellarius. Jo. de Parentino Cardinalis, Magister Petrus Beneventanus, Episcopus Sabinensis, Raynaldus Episc. Nucerinus, Annulphus nepos ejus, Andreas Episc. Surrentinus, Frater Eudonus Hebdomadarius, Alexander Capellanus D. Papae, Bartholomaeus Faccedos de Parentino, Joannis de Columna Card., Rogerius Comes Fundanus, Magister Thomasius Card, Mag. Petrus Capuaticus Card. Frater Bartholomaeus Hebdomadarius Mag. Leo de Matera subdiaconus D. Papae, Odo Cardinalis Capellanus D. Papae, D. Petrus, Frater et Mater Alexandri Capellani, scilicet Joannes et Maria D. Rogerius, D. Girardi et Constantia uxor ejus, Andreas D. Papae Capellanus, D. Annibaldus frater D. Ricardi Card. D. Innocentius PP. IV, Mag. Andreas Nicolai et Thomas filius ejus, Goffridus Civitatis Castellanae

Anni Dñi 1216 Indictione 12 Domini Innocentii
P. Innocentii PP. Anno 18 P. Innocentii PP. Anno 3°

Anno: XIX Anno 18 Anno: III

D. Arlandus capell. D. Papae, D. Egidius et Vita soror ejus, Judex Federicus de Rocca Viva, homines Lombardes, Bard. Bartholomeus Tinta, et Mag. Adam de Altilia, judex ejus qui bona multa contulit nobis; pro quo et parentibus suis tam vivis quam defunctis, et pro omnibus illis pro quibus ipse intendit, tenemur orare, quorum nomina, conditiones et vota pariter novit Deus; et Mag. Gottifridus medicus de Altilia, et Mag. Nicolaus Octavianus Epus. Adrianus, D. Petrus miles Adrianus, D. Odorisius D. Gualterii de civitate Aurtina, Benefactor Monasterii, qui hic diuisit monasterio domum cum hortis positis in Benedicaria, et obiit mense Junii, duobus diebus ante festum Apostolorum Petri et Pauli. D. Dorosius de civitate Aurtina, et D. Maria uxor ejus et Mag. Paulus, Andreas Monacelli canonicus Ecclesiae S. Erasmi de Venulis, homines Monacelli pater ejus, D. Sabina mater sua et aliorum meorum. Fornosa mulier Adriana. D. Riccardus de Gualdo notarius D. Papae, obiit XVI Calendas Septembris: qui diuisit huic monasterio S. Bartholomaei in suis rebus de valorem unius libbrarum.

Hactenus ex dicto Martyrologio manuscripto.

Statuimus Nonus hoc anno talem exhibemus qualem superiori anno scripsimus, praeter haec pauca quae specialiter nunc annotatione indigent.

V. D. Bertius Prior post festum annum sui regiminis ab officio absolutus est, ac succedit D. Petrus, ut in subsequenti dicetur.

Rursum hoc anno Procuratores erant D. Joannes D. Andreas et D. Nicolaus qui pluribus annis Procuratoris officio functus est. Verum ea defuncto, ab officio absolutus sit, scimus autem postea si ex scripta in futurorum annorum id percipere valebimus.

Annus Xti 1217 | Cœnis nostri 133 | Cœnis Exiuelti 19
I. Honorii III | I. Innocentii filii [illegible] | I. Honorii Papæ
anno I. | anno: 39. | anno: I.

Accedit annus Christi millesimus ducentesimus septimus decimus, Domnus Exiuelti tertius decimus Episcopus quinta, quo D. Honorius papa hujus nominis tertius, in subsidio recepisse a piæ et memoriæ D. Innocentii prædecessoris sui, quo hoc annum Exiuelanum prosequebatur Monasterium, suis bonis consulibus et populo Veruleno et Guercinati directas ejusdem Dei et Sedis commendatitias dedit litteras, videlicet:

// Honorius Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis consulibus et populo Veruleno salutem et Apostolicam benedictionem. Cum Apostolica Sedes Cartusiensem Ordinem in Monasterio S. Bartholomæi de Exiuelto plantaverit et nos ei ipsius irrigationem et defensionem prompti voluerimus omnimodis ne aresca Universitatem Vestram rogamus attente et monemus, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus Monasterium ipsum et Fratres ibidem morantes habentes ob reverentiam Apostolicæ Sedis et nostram pro pensius commendatos, nullam ei super possessionibus, pascuis, vel aliis bonis suis inferatis molestiam vel gravamen, vel quantum in vobis fuerit, permittatis inferri; ut ex hoc Vos Divinæ clementiæ reddatis acceptos, et nostram meremini plenius gratiam et favorem. Datum Laterani: IV Idus Januarii, Pontificatus nostri anno primo. // (Bullarium Cartus. ord. tom. I. p. 2.)

Honorius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis consulibus et populo Guercinati, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum Apostolica Sedes etc. // Deinde sequitur prout supra usque prompti vobis, prout videre est Alphab. XXXVI Bonus proprius lib. V.

Annus XVIII D. Henrici III anni I.	Ad vicesimum sextum [illegible] S. Marcellini Anni: 39	Terram [illegible] S. Petri Vincula Anni: I

Similiter hoc anno inveni emptas fuisse plures possessiones a diversis personis pro pretio in totum librarum Senatus XVII et solidorum IV, necnon et librarum proven: II et solidorum 13, videlicet:

A Maria filia Ioannis Boni duas terras pro libris X denariorum Senatus. (Alphab. [illegible] f. XIV.)

A Corsia Roccafolle terram in Exitu pro XV solidis ejusdem monetae. (Ibidem.)

A Ioanne Cubolle terram in ~~Exitu~~ loco dicto Caput pro IV solidis proven: (Alphab. [illegible] f. VI.)

A Giburga Nicolai terram in Exitu pro 9 solidis proven: (Ibidem.)

Ab eadem aliam terram ad Frassum pro 8 solidis proven: (Ibidem.)

A Ioanne Amati Leonis filio terram in Exitu pro IV solidis proven: (Ibidem.)

Berardo Raffridi tres terras ibidem positas pro pretio solidorum 12 cum dimidio denarii proven. (Alphab. [illegible] VII.)

A Grimaldo Grimaldi terram in Vagis pro X solidis proven: (Ibidem.)

A Bartholomaeo filii terram in Exitu pro duobus solidis (Ibidem.)

A Rogerio Alberti terram in pede Milliarii pro 50 solidis et ½ (Ibidem.)

A Raffrido Ioannis Rubei vineam ad S. Dominicum pro tribus libris minus tribus solidis (Ibidem.)

A Leone Ioannis Bernardi duas terras in Exitu pro 65 solidis proven. (Alphab. [illegible] f. XI.)

A Gregorio Simonis vineam ad S. Dominicum pro XIX solidis denarii Senatus. (Alphab. [illegible] f. 2.)

Petro Magistro Hospitalis leprosorum in Ianiculo et civitatis Albati, quartam partem terrae in Exitu pro X solidis (S. Alphab. f. VII.)

Terreus † de 1211	Terreus vestis 1232	Terreus Crisulti 15
† Terreus III	† Terra Ulricifilii †	† Terra Petri 4
anni: presens	Anni: 39	Anni presens

A Benedicto Amati terram ei jacens Crisulti pro 15 solidis. (Affect. c° XXII ℔.)

A Odalricho terram ei Crisulti ad Mage, pro 6 libris et 5 solidis. (Ibidem.)

Ab Hermita Roffrii Amati terram ei Rogeno et bia boa vineamm, pro 12 libris proven. (Collig. Affect. VI S.)

A Maria Benedicti terram ei loco dicto Cerium pro libris IV, et XV solidis proven. (Ibidem XC.)

A Joanne Roffrii medietatem terre ei Crisulti pro XXIII solidis proven. (Collig. Affect. XVIII ℔.)

A D. Paula duas terras ei Mageneta pro III libris cum ½. (Mata. Affect. XXB.)

Ab Octaviano et Luciana sorore sua, omne quod habebant ei Castro Collisparei, pro XXX solidis proven. (Collig. vers. Affect. XXII C.)

Et tandem ab Amato Lucii terram ei Crisulti pro 40 solidis proven. (Collig. Affect. XVIII ℔.)

Benefactores hujus anni

Joannes Amati de Vico donavit medietatem terrae in Crisulti positae, abeo pro indiviso possessae. (Collig. Affect. XXI II.)

Guillelmus et Delecta filii Joannis, donaverunt omnem partem terrarum quas pro indiviso habebant in Crisulti cum ipso nostro Monasterio. (Collig. Affect. XV ℔.)

Maria filia Joannis Bori donavit medietatem terrae pro indiviso cum ipso nostro Monasterio possessae in Crisulti. (Collig. Affect. XVIII ℔.)

Status — anno

Pater ea quae anno subsequenti decessit venerunt:
D. V. C. Petrus Petri, anno ejus primo.
C. Guillelmus
C. Joannes
C. ~~Ludovicus~~ Joannes de Ligeta. } Hi tres hoc anno procuratores sunt
C. Dobogè. Hic ex primis illis Patribus creditur quem
vis super nomen ejus inveniens.
C. Riccardus — C. Bertius — C. Nicolaus —

Fratres vero atque Abbates require supra anno praecedenti, item enim sunt.

Anno Dñi 1215 Pontificatus ejus anno 10	Cancellariatus ejus 13 Indictione 14 x Anno 1°	Regnorum ejus 16 Imperii 11

Annus igitur Nativitatis Dominicae millesimus ducentesimus octavus decimus, Annus vero Pontificatus quartus decimus, Indictione sexta qua D. Honorius supra confirmavit suis Litteris, IV Idus Februarii datis, declarationem factam a D. Stephano S. R. E. Cardinali Camerario, super finibus inter quos Monasterium habere debeat jus pascendi in territorio Guarcini, et omnia alia ibidem contenta, his plane verbis:

Honorius Episcopus, servus servorum Dei, Electis filiis Petri et Fratribus S. Bartholomaei de Eriseto, salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente implere. Eapropter, Dilecti in D. Filii, vestris postulationibus grato concurrentes assensu, concessionem usus pascuorum, quam vobis omnibus Guarcinati in pertinentiis Dilect. filii nostri

c. Innocentii IV. 1248 | c. Alexandri IV. 1255 | c. Urbani IV. 1261 | c. Clementis IV. 1265 | c. Gregorii X. 1272 | c. Nicolai III. 1277 | c. Martini IV. 1281 | c. Honorii IV. 1285 | c. Nicolai IV. 1288

Stephani Basilicae XII Apostolorum Presbiteri Cardinalis, tunc bonae memoriae Innocentii Papae Quarti sacri nostri Camerarii, pia liberalitate fecerunt, necnon ordinationem qualiter emendari debeat, si quid inter eos et homines de Garcino pro pascuis animalium, vel pro quolibet alia causa emerserit quaestionis, sicut pie ac provide facta sunt et in ejusdem Cardinalis Litteris plenius continetur, auctoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem evidentiam tenorem Litterarum ipsarum huic nostrae paginae fecimus annotari: (Et hic de verbo ad verbum recitat easdem Litteras S. Cardinalis Stephani, quas supra anno 1215 mense minimus, deinde sic seqquitur:) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus noverit incursurum. Datum Laterani, IV Idus Februarii, Pontificatus nostri anno 2.° II. (Torresanus lib. cedul. III.° XVIII

Similiter confirmavit donationem a Vicario sui Monasterio tempore S. Dominici de Cattis factam, et jam alias confirmatam ab Innocentio praedecessore suo. Cujus confirmationis Chyrographum talis est.

+ Honorius Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et Fratribus S. Bartholomaei de Arsuto Cartusiensis ordinis, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo

Annus X^us 1218 Innocentii III Papae anno II. Honorii III anno I. Alexandri II anno I.

exigit rationis, ut ea quae sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, Dilectis in D^o filii vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, terram sementariciam sacristanatus cum silva et aspectu et omnibus ad eam pertinentibus Ecclesiae vestrae ab hominibus Vicarii pia liberalitate donatis, sicut in instrumento publico exinde confecto plenius continetur, vobis et per vos eidem Ecclesiae vestrae ad exemplar felicis recordationis Innocentii papae praedecessoris nostri, auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Adjicientes autem ut evidentiam tenorem ejusdem instrumenti praesentibus duximus inserendum, latine tamen quod propter simplicitatem tabellionis erat valde corruptum, ubique correcto. Cujus tenor talis est: (Et post ejusdem donationis, quam requisivi supra ad annum 1215, recitationem, sic prosequitur:) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani XVI Calendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo. + (Vide ao X)

Cert haec universis scripsit Episcopis per Campaniam constitutis, ne Religiosos Ordinis nostri temere quisquam molestare audeat, aut ad ferendum testimonium, vel juramentum de communia praestandum cogere praesumat. Districte eisdem Episcopis injungens, ut hujusmodi personas etiam per censuras ecclesiasticas compellere non desistant, quatenus in praedictis

culpabiles fore et pertinaces agnoscerent. Cuius tenore sequenti, videlicet:

„Honorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus Fratribus universis episcopis per Campaniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii fratres Cartusienses ordinis, [illegible] accepto pennis columbae ad montis solitudinem evolarint, illicque pro suis gemunt et ululatibus peccatis, in ora cordis macilatis carnalibus desideriis, holocaustum offerentes Domino semetipsos; ne pedes, quos laverunt, cogantur iterum ingeniare, fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus, quatenus suis quilibet vestrum parochianos suos, qui eos praesumpserint temere molestare, ut super hoc eis debitam satisfactionem impendant, monitione praemissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellat. Et quoniam idem, ut credimus, a se calumniam propellerent, nec tribute praesentium inhibemus, ne quis Priores seu Fratres ordinis memorati subire compellat calumniae juramentum, nec idem ad ferendum testimonium cogantur inviti. Datum Laterani XIII Calendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo." (Potthast n. 5615.)

Quatuor etiam alias litteras ejusdem Summi Pontificis hoc anno habemus, quarum prima Dei nempe et altari, dirigitur Collegiardensibus Canonicis ut desistant tandem aliquando a molestiis quas in Dei inferre solebant in libro Civii et aliis bonis ejusdem monasterii, his plane verbis:

„Honorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis et hominibus de Collegiardo, fidelibus nostris

Aveiens X^kl 1268 | Orvieti nostri 134 | Laterani Cassiti 14
A. Aveiensis ca | A. Cancellarius fig X^l | A. Vicecancellarius IV
anno: II. | anno: 46 | anno: 11

salutem et apostolicam benedictionem. Grave gerimus et indignum, quod dilectos filios Priorem et Conventum S. Bartholomaei de Trisulto, Cartusiensis Ordinis, multipliciter, sicut accepimus, molestantes, eorum vobis, bonae mem. Innocentii Papae, praedecessoris nostri contempto, succidere non timeatis, quae super praemissis tenere molestare. Ne igitur religiosis intuitu et consideratione Apostolicae Sedis, quae bonum ipsum tanquam suam plantationem novellam speciali diligit caritate, non solum ab eorum debeatis cohibere injuriis, verum etiam grata eis servitia exhibere, ut attenderetis vos diligere quos ego et Dominica vestra Romana Ecclesia diligit, et vestrorum meorum suffragia consequi valeretis. Licet igitur culpa hujusmodi gravem poenam procul dubio ingerere, volentes tamen procedere cohibere in spiritu benignitatis, per certum cum iidem Fratres humiliter deprecantur, universitatem vestram monemus attente et hortamur per Apostolica scripta vobis districte praecipiendo, mandantes quatenus eis omnem praedictorum de cetero molestationis ansam, mandatum quod idem Praedecessor noster vobis super hoc direxisse dignoscitur, inviolabiliter observetis, ab eis non solum praedictam Bonae memoriae cohibendo statuta, verum etiam alias gravioris poenae incurretis, pro certo habentes quod si praemissa a vobis fuerit contempta monitio, jam non ultra monitio mea, sed ultionem debitam opprimemus. Datum Romae apud S. Petrum III Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno II. Et alia manu: Ego Joannes Subdiaconus et Scriptor.

Alteras eisdem sub eadem forma, commendatis suis Consultibus et Ordine, praemissis et protestatis contrariis, ne eis ordinis monasterium nostrum molestent, et ita habet.

Annus 8tus 1218
D. Honorii III
anno II.

Ordinis anno 134
D. Joannitius Gly X'
anno 12

Domus Trisulti 14
D. Petri Leonis 12
anno 12

Honorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis consulibus et populo Ferentinati salutem et apostolicam benedictionem. Cum apostolica sedes cartusiensem Ordinem in Monasterio S. Bartholomaei de Trisulto plantavit, et nos ad ejusdem irrigationem et defensionem promptum habeamus animum, ne arescat. Universitatem vestram rogamus attentius et monemus, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus monasterium ipsum et fratres ibidem morantes habentes ob reverentiam apostolicae sedis et nostram propensius commendatos, nullam eis super possessionibus et pascuis vel aliis bonis suis inferatis molestiam vel gravamen, vel quantum in vobis fuerit, perpetiatis inferri; ut ex hoc vos divinae majestati reddatis acceptos et nostram mereamini plenius gratiam et favorem. Datum Ferentini, VI Calendas augusti, constitutionis nostri anno 2°. (Ferentini Archiv. VI. Litt. O.)

Alia vero ejusdem tenoris directa est populo anagnino habetur. (Anagniae n. 45.) — Eodem fere obtenta adversus recipientes apostatas hujus Monasterii nostri, quorum exemplis hic etiam primis temporibus exstitisse demonstrant. Et sic accipe.

// Honorius Episcopus, servus servorum Dei, Ven. Fratribus Episcopis per Campaniam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii Fratres S. Bartholomaei de Trisulto Cartusiensis Ordinis suam nobis querimoniam presentarunt, quod quidam subditi vestri ex, qui post susceptionem habitus et factam professionem in monasterio eorumdem, ab ejus

Honorius X^us 1285 | Cœlestis ecclesiæ 134 | Decessus Cœlestini
P. Honorii IV | Cœlestini pp. | P. Nicolai IV
anno: II. | anno: 6 | anno: 4

propria temeritate recedunt, recipere non verentur et in suæ iniquitatis errore fovere. Cui igitur id eadem Dei et ejusdem ordinis non medicum detrimentum fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus singuli vestri subditis cuncti districtissime inhibere ne id præsumant de cætero attentare; eos qui, postquam inhibitione vestra illos recipere præsumpserint a præsumptione hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. // (Decessus [illegible] §.)

Et tandem altera contingentium nobis statutorum perpetuorum adeptæ desiderii dispositionem (quæ utinam imprævisentiarum odium in suo primævo robore permaneret!), ea vos, quos obligando contigit per monastici habitus susceptionem extremum vale dixisse mundo, iterum, iterumque hujus sæculi pelagus absorbeat, quatenus ordinis vestri rigorem ferri non valentes, ante emissam professionem habitum exuere et e Religione egredi cogerentur, et sic habet:

N. Honorius Episcopus, servus servorum Dei, Ven. Fratribus Episcopi per Campaniam constitutis salutem et Apostolicam benedictionem. Dilecti filii, Frater S. Bartholomæi de Trisulto, Cartusiensis ordinis, sua nobis insinuatione monstraverunt, quod cum statuta ordinis sui servarent expressum, ut nullus ordinem ipsum ingressus, redire possit ad sæculum etiamsi infra annum, professione non facta, recedere voluerit ab eodem, sed transire ad alicujus Religionis ordinem teneatur. Quidam subditi vestri eos, qui de ipsorum conversione illicita ad sæculum redeunt, recipere præsumunt et nutrire in suæ iniquitatis errore. Quod quia redundat in perniciem animarum

Clarens Ms 1218	Clarisii certi 134	Carens Excisi 14
C. Honorii III	C. Jacentius 1216	C. Mtri Procii 12
anni 11	anni 16	anni 20

et Ordinis Dictorum Fratrum injurias et contemptum Universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli vestris subditis curetis districtissime inhibere ne id de caetero attentare praesumant cuiquam super ista inhibitione vestra, illos excessores praesumpserint, a praesumptione ejusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescentes. Datum Ferentini VIII Calendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo. (Laterani Regest. Eccles. Collect. III, 618 A.)

Hoc etiam tempore juridico intuitu impraesentiarum Vos claustrales Patres examini subjectas, cujus authenticum penes nos habemus exemplar, pagina tenus littera J. Collect. Collect. XXI.

Et quia ex ejus lectione non injucunda multa deprehendentur, non erit a proposito nostro alienum hic ea in medium afferre, ut non minus utilitati quam curiositati Lectoris consulatur aliquando.

Primo igitur comperimus Collegardenses Donationem ab eorum Auctoribus de Silva Ejici adjacentibus S. Dominico Abbati ejusque successoribus factam, aut in dubium revocatae, aut absolute, seu commentitiam impugnare. Unde necesse fuit VV. Patribus nostris (qui neque ejus exemplar, neque saltem exemplum aliquod habebant, unde eam valerent sufficienter ostendere atque legitime comprobare) Donationem ejusmodi ad ipsemet Collegardenses emendare.

Secundo, etsi Collegardenses homines fuisse Ven. Monasterio et Patribus tam sint infesti, ut nihil magis; nos dum tamen per misericordiam Dei eorum Religiosos fuimus, ita favoribus destituti, quin ipsi per modo unum, modo alter ipsorum superesset qui status nostro

Annus XXV 1218 D. Honorii III anno II. | Cretensis cartul. 134 D. Iordanis Ep. X anno 6C | Conensis Cartul. 14 D. Petri Petrasii VI anno 11

non invideret, studiis suis in omnibus quae posset, assistere, minime nobis non faveret in tempore opportuno. Hoc cujus D. Cujus temporis Patres Tetigerunt; quibus a quodam Clerico de Collegardo (qui Conensis dicebatur) praetactum Donationis Instrumentum cum prioris originalis transcribendi occasio data est. Super qua postmodum transcriptione in Cathedrali semper unde illud acceperunt, et penes quos esset originale (quod potissimum erat in hoc negotio, aliis praesertim probationibus deficientibus fundamentum), hi quinque D. Patres sunt primitus examinati facti. Dominus minimum Guillelmus qui, ipsomet Eleonia praedicti dictante, donationem praedictam transcripserat. D. Joannes de Ligeto, D. Petrus de Burbone, D. Joannes de Alatro et D. Nicolaus de Montemisi Episcopi negotii, qui dum D. Eleonas legebat et D. Guillelmus scribebat, praesentes extiterunt.

Certe, quadam die Conversionis S. Pauli, Collegardenses omnes una simul cum earum vicinibus et bestiis silvam nostram Ejic ingressi, illam prospecto penitus devastarunt, ni ignorante D. Petro praefato, tunc temporis Procuratore, admonitus occurrisset, atque illis ex parte D. Papae sub banno eorum libertatem, ne silvam ulterius incidere cunque deportare praesumerent, atque ab incoepto cessarent, inhibere mandasset, juribus propterea pluribus atque perantiquis ablatis.

Aliud postremo colligo notabile, multa ratione attentio obtendum, ex his D. Guillelmi verbis in praefato examine prolatis, videlicet, "cum ipse staret in cella sua, Eleonas de Collegardo, qui eo tempore multum erat familiaris Monasterii S. Petri Lonadi, audebat ante ostium ipsius cellae, et legebat auctoritatem et publicum instrumentum donationis factae etc." Vide memorabilem cellae observationem omni imitatione dignam. Vide etiam quaeso

Annus XVI 1218 Honorii III anni: II	Reinerii nostri 134 Bonacursi filii XI anni: 66	Domus Ericulti 14 Petri Bonii VI anni: II.

in necessariis tractatibus super erat secularibus necessariis cum ingressi essent: ideo ille debat scribere in alia iste legebat secum extra ecclam.

Emptiones hujus hanni.

Sunt preterea hoc anno multe possessiones comparate a diversis personis, videlicet.

A Maria Catarina de consensu viri sui terram in Ericulto pro solidis XV proven. (Offitab. Collip. XV lit. J.)

A Joanne Alexandri terram in Ericulto pro indiviso cum ejus Monasterio pensionem, pro 40 solidis proven. (Vide offitab. VII, D.)

A Joanne Donadei eandem terram ibidem pro 20 solidis. (Offitab. Collip. XVII D.)

Ab Alicio Leonardi Bonadei 2 terras in Ericulto, pro XII solidis proven. (Collip. Offitab. XVII, B.)

A Guarentia Leonis Joannis Rubei terram in eodem loco pro V solidis proven. (Collip. Offitab. XIV, B.)

A Grimaldo Joannis Grimoaldi vineam positam ad S. Dominicum juxta vineam Monasterii, pro 40 solidis. (Videm lit. P.)

A Petro Joannis Arnati et fratre suo duo loca terrarum in Ericulto pro libra una solid. proven. (Offitab. Collip. XV ij.)

A Sekelgayta Petri de Collegrado quartam partem trium terrarum in Ericulto ad Casam Hedis; pro duobus solidis proven. (Videm.)

Benefactores hujus anni.

Mariana et Nicolaus filii Petri, donaverunt omnia bona que possidebant in castro Vie. (Offitab. Vie VIII K.)

D. Nicolaus E. Vulgibette de Alatro donavit omne jus et actionem quod et quam habebat seu habere poterat in 3 molendinis positis in Flumicello Collisparsi. (Offitab. Collip. V. D.)

Annus X^us 1218 D. Honorii III anno II	Ordinis nostri 135 D. Innocentii PP X^i anno 16	Domus Ersulti 14 D. Petri Priori IV anno II

Status hoc anno idem creditur ac in superiori, quamvis ex Instrumentis atque scripturis hujus temporis communis Et Infrascriptis Patribus et Fratribus liquido constet, nempe:

D. Petro Priore, anno ejus secundo.

D. Joanne de Legio, olim Priore nunc Vicario.

D. Andrea Procuratore. D. Petro ex nobili familia de Burbone, Procuratore altero. D. Guillelmo. D. Joanne de Abate, et D. Nicolao regiis Episcopi Abatinis in Duo cantaneis in Professione credentibus

Fratre Guidone — F. Petro — F. Rayno. — F. Berengario et Jacobino Abate, Conversis.

Annus X^us 1219 D. Honorii III anno III	Ordinis nostri 135 D. Innocentii PP X^i anno 17	Domus Ersulti 15 D. Petri Priori IV anno III

Sequitur annus ducentesimus nonus decimus supra millesimum, Domus Ersulti quintus decimus, Indictione septima, quo adhuc persistentibus collegarendis luminibus pro rescissione donationis olim huic Monasterio ab omnibus auctoribus factae, de Silva Ejici; coram S. D. nostro felicis recordationis Honorio Papa III^o per nuncios comparaverunt nonnulla Instrumenta exhibenta; eadem quippe perlegendum coram Bon. mem. D. Innocentio III^o alias producta, quibus in eadem Silva Ejici jus adhuc habere sibi videbant ostendere. (quae autem et qualia haec fuerint Instrumenta, comperiri non est). Verum quia (ut dictum mox exarandum Diploma ejusdem S. Pontificis) id incassum eisdem conabantur probare contradictoribus, ac nihil eo rem facientibus minimeque in causa concludentibus, illorum propterea inhabilis et injusta petitione rejecta, vacuos cum hac

Annus X^us 1219 D. Honorii III anno III | Ædinis nostri 135 D. Iancellini Jux^i anno 4 | Annus Episcopatus 15 D. Petri Pictavi 10. anno III.

exponsione non minus eisdem favorabiliter curetis respondere. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, partes ad invicem convocatis, audita hinc inde proposita coram vobis ratione, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreverit auctoritate nostra firmiter observari, testes autem, si quos partes ad perhibendum veritatis testimonium coram vobis duxerint producendos, per censuram ecclesiasticam, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani, v. kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno III^o. (Ughelli, Italia sacra, tom. I, col. 1321, Ed. Venet. 1717. — Cappelletti, Le Chiese d'Italia, vol. XXI, Ediz. II, pag. 8. — Cfr. Bullarium Romanum, tom. I, pag. 6, Ed. Taurin. 1857. — Potthast, Regesta Pontificum Romanorum, n. 5666, pag. 472, Ed. Berolin. 1874. — Theiner, Codex diplomaticus dominii temporalis S. Sedis, tom. I, pag. 29, Ed. Romæ 1861. — Pflugk-Harttung, Acta Pontificum Romanorum inedita, tom. II, pag. 3, Ed. Tubingæ 1884. — Cfr. Regesta Honorii Papæ III, ex Vaticanis archetypis, tom. I, pag. 1, Ed. Romæ 1888.)

Annus X^us 1219 D. Honorii III anno III	Ordinis nostri 136 D. Gonsalvi Ep X^i anno 41	Domus Exiulis 15 D. Petri Petri IV anno III

Hoc itidem anno bona infrascripta pro pretio in totum solidorum provenientium centum et quinquaginta sex fuerunt empta, videlicet,

In Exiulio tres possessiones (Offsh. Colliy. XVI 2 et Colly. Ferrut n° 2. C.)

Duae aliae ibidem in Perigueux et in Castello. (Colly. Dict G. et Colliy. Offsh. XII, C.)

Atque insuper vineam in Colle Lo Petruer (Offsh. Vin. VIII, C.)

Praellegata etiam Instrumenta dant nobis hic annos hos P.P. Patres et Fratres nostros, quidquid de aliis sit, scilicet,

V. S. Petrum Priorem anno ejus tertio.

D. Dobege et D. Andream Procuratores et reliquos alios superiori recensitos annos.

Fratres vero hos: Fr. Nicolaum, F. Berengarium, Fr. Aymericum, F. Laurentium, Fr. Guidonem et F. Bonum.

Habemus insuper Duos Abbates simul ac Benefactores, nempe: Jacobum de Collegardo et Petrum filium ejus qui obtulerunt semetipsos huic Venerabili monasterio et hoc bona infrascripta, unam videlicet terram in Cerce, aliam in Valle Margenate, aliam in Colle Rotundo, Duas ad S. Dominicum, et vineam ad S. Laurentium, adiungque vineam ad Mejé, et ulterius Domum intus Castrum Colliyardi. Laurentius scripsit. (Colliy. Offsh. XX VIII? E.)

Anno X^to 1220 Ordinis nostri 36 Domnus Eriselli a
D. Honorii III anno IV. D. Iancellini Gij X. anno 12 D. Riccardi Rieri I anno I.

Salutis nostre anno millesimo ducentesimo vigesimo, Domnus Eriselli sextus decimus, indictione octava, a Collegarensium exactionibus omnem immunis, quippe qui eorum D. Honorio Papa in recompensationem habuisse pro silva Ejici usum in monte Furnuli denegare cum sua, tum hostium, propria eundem sibi usum pascendi atque lignandi libere permitti in silva Ejici, contradictionibus ac de medio illis abrogantibus omnibus, testibus vocatis, super hoc articulo ab eodem Dno causa prolationis commissa D. Episcopo atque D. Orlando Capellano suo et Canonico Ferentinati (Hoc testimonium examen habet Collij, Alph. XXI. A. I, et plurimis ab illis auditis testibus de predicta recompensatione satis superque constare retulerunt. Cujus rei gratia D. Papa suis hisce litteris declaravit nullum jus super hanc silvam Ejici Collegarensibus ulla ratione vel causa pertinere: ratum habendo a D. Innocentio predecessore suo super hoc recepta factum, sed eam liberam atque absolutam ad monasterium nostrum pacta e, sic plane verba:

// Honorius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectis filiis Rieri ac Fratribus S. Bartholomei de Eriselli, Cartusiensis Ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Suborta inter vos ex parte una, et Collegarenses ex altera, super silva Ejici questione, ac diutius agitata, Ven. Frater noster Episcopus et Dilecte filio Orlando Capellano nostro Canonico Ferentinati Ordinem iii mandavit, ut super recompensatione quam felicis memorie Innocentius Papa, Predecessor noster, dedisse dicebat Collegarensibus ipsis, prout juxta quod eidem silva sive juste, sive injuste, se habere dicebant, inquirerent

Annus X^to 1220 D. Honorii III anno IV.	Ordinis nostri 136 D. Iancellini Ep. X^i anno 12	Domus Ceriveli 16 D. Riccardi Petri IV anno I

sollicite veritatem qui, receptis super hoc testibus omni exceptione majoribus, depositiones ipsorum vobis sub sigillis suis transmiserunt fidelites interclusas: ex quibus comperimus evidenter quod dictus Praedecessor noster praefatus pro jure ipso, sive illud injuste petentium sive juste, compensationem idoneam assignavit, faciens eos in illius possessionem corporalem induci, ac vobis liberam concedens libertatem superficiariam. Nos ergo pacem et quietem vestram propensius affectantes, quod super his ab ipso Praedecessore nostro factum extitit approbamus, et praefatis collegardensibus perpetuum silentium super silva imponentes eadem ac eam vobis auctoritate Apostolica confirmantes, districtius inhibemus ne dicti collegardenses in silva ipsa caedendi ligna vel prascendi animalia, seu quodlibet aliud jus sibi praesumant de cetero vindicare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis et inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii, II nonas Martii, Pontificatus nostri anno quarto. // (Archivio Collep. XXI, III.)

Nominabo etiam hoc loco possessiones quas mediante acquisitae sunt vobis in totum septem giorna et septem solidorum provenientes, et sic sunt decem et octo sexatas, videlicet:

Quator in Ceriveli (Collep. Archiv. V. B. – et XVII, III.)
Vinea in Cerveno. (Vide Archivio XVI, III.)
Terra in Ruffinano (Vide Archivio XVI, D.)
Et duae aliae possessiones in territorio Vici super vineam Oliveti juxta fossatum. (Vide Archivio XII, III.)

Benefactores hujus anni

Amatus Gregorii Gualterii donavit terram in Cluy et quinquaginta libras super solidos provenientes. (Vide Cyrus. XVII 00.

Ecclesiarum hujus anni acta sunt:

D. Riccardus prior, anno ejus primo.
D. Nicolaus et D. Andreas procuratores.

In reliquis requie quae scripta sunt superius ea nec superiori eique praecedenti.

Annus Xsti 1221 D. Honorii III ann. V.	Divi nostri 137 D. Innocentii filii X ann. 43	Domus Ecclesiae D. Riccardi P. ann. II

Anno Jesu Christi Domini nostri ducentesimo vigesimo primo supra millesimum, Domnus Ecclesiae septimo decimo, indictione nona, sententia D. Honorii Papae, anno relatae superiori, collegardenses ac ne volentes, callide ab eodem D. Papa Rescriptum extorserunt, ut ejusdem executionem obligualiter impetrare duo cum D. Horatio intellexisset, reverentibus suis illico ne sua collegardenses malitia juvare Litteras dedit:

H. Honorius Episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio R. S.ti Angeli diacono Cardinali, Cameriae marittimaeque Rectori, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii Abbas Monasterium S.ti Bartholomaei de Eremito ex parte una, et Domini Collegardi ex altera, super silva Eccl. Dictus agitata, pro ipso Monasterio sententiam proferentes, ut a nobis, cum omnium habere memoriam non possimus, fuit eidem persuasione suggestum quod super hoc non erat sententia promulgata, et hic acta fuerunt a nobis, ut dicitur, Litterae per

Annus XIus 1221. | Ordinis nostri 13?. | Domny Erisulti 17
D. Honorii III | D. Iancelini Gis X | D. Riccardi Vicecis V
anno: V. | anno: 13 | anno: II

[illegible] restitutionem reportatore, continentes ut supersedere mandato quod super hoc pro Monasterio receperat memorato. Cum igitur ad nostram pertinere debeant fratres et locus, praesentium tibi auctoritate mandamus quatenus pro certo habeas quantitatem ipsam per nos esse decisam, quod ex nostra definitionis pagina tibi poterit manifeste liquere, in negotio ipso, non obstantibus Litteris postmodum impetratis, procedas juxta priorum continentiam Litterarum, ac reprimendam eorum insolentiam qui contra sententiam ipsam venire praesumpserint spiritualiter et temporaliter prout expedire videris et rebelles eorumdem exegerit, appellatione postposita, procedendo. Datum apud Urbem Veterem, IV Idus Septembris, Pontificatus nostri anno V. II (Alphab. Collig. XXI, P.)

Hoc etiam anno emerunt nonnullas possessiones empturas pro pretio in totum solidorum provenientium viginti et octo, ac [illegible] super solidorum denariorum, mayp.

In Erisulto unam in Valle Constantis (Collig. Alphab. XVII, O.)

Duas hortes sub Ecclesia S. Blasii (Alph. Vic. XIV. X.)

Aliam terram in Valle Cupa (Alphab. Collig. VII, R.)

Medietatem terrae in Erisulto (Alph. Collig. XV. L.)

Praeterea titulo permutationis Joannes Petri Leonis de Dit terram in Erisulto ad S. Nicolaum, pro qua accepit a Monasterio hortum in Monte Castro via ad Carbonarium (Alphab. Collig. XVII, O.)

Benefactores hujus anni

Bonafemina uxor quondam Fratris Jacobi Donavit tres possessiones in Erisulto. (Ibidem.)

Leo Conti cum Erida ejus uxore fecerunt universalem omnium bonorum suorum Donationem monasterio sibi tantum libere reservatis (Vic. Alphab. [illegible] V, P.)

Status Domus

Hoc anno in Domo diversa, sicut in praecedentibus habebatur instrumentis:
D. Riccardus Vicar, anno quo secundo. D. Nicolaus et D. Andreas Procuratores. — F. Aymo, et F. Gobelinus qui ex simplici debito ad statum fratrum conversorum ascendisse dignoscitur.

Annus Xte 1222 D. Honorii III anno: VI.	Ordinis nostri 138 D. Cancellarii Gilii Xi anno 44	Domus Brisulti 18 D. Riccardi P. V. anno: III

Anno supra millesimum ducentesimo vigesimo secundo sequenti, Domus Brisulti octavo decimo, Indictione decima, quamplures Concordiae emptiones factae sunt, solutione pretii in totum solidorum provenientium septuaginta trium, denariorum trium, videlicet:
In Brisulto possessiones quinque. (Collig. alphab. XIV litt. G, et XIII, q. et XVII, P.)
Atque Campagna sub Ecclesia S. Blasii. (Vici alph. VII q.)
Vertente etiam lite inter nostros et Mariam atque Martinum haeredes Lucae super quadam terra existente in monte Vici quae Castrum, sic tandem amicabiliter inter dictas partes conventum est, quod Dictae mulieres usquedum viverent ipsae earumque filii, nempe Riccardus et Lucas, unum fructum liberum haberent ipsius terrae, quae post earum mortem illico revertebatur ad Monasterium etiam quoad unum fructum. Proprietas enim in ipso conventionis acto Monasterio Data est, hoc insuper annexis illis medietatibus capitis et annuatim nomine pensionis in festo S. Bartholomaei huic darent Monasterio annuum Cortilium. Sed quae inter tantos? (Collig. alph. XIX, q.)
Praeterea Bartholomaea de consensu Blasii viri sui permutavit cum monasterio quandam suam terram positam in Cerreca prope quae recepit quandam crypatam positam in Civitate Catarina in Carcindiale

Annus XIte 1222 D. Honorii III anni VI.	Ordinis nostri 138 D. Iancellini Epi X anni 44.	Domus Erisulti 18 D. Ricardi Prioris V anni III

necnon et partem casae in monte de Loco, cum tribus libris denariorum senatus pro supplemento. (Alatri alphab. XVII, E.

Item permutatio altera facta est cum Petro Bartholomei de Vico, qui dedit sex terras in Erisulto et duo loca vineae in Mujano pro quibus omnibus accepit a monasterio terram in Casacurta (Collepr. alphab. V. P.

Benefactores hujus anni.

Simeon Joannis Benedicti de Vico in suo testamento huic reliquit monasterio terram in Pulmonaco, alteram in Casalonga, et Domum in castro Vici in parrochia S.te Mariae (Vici alphab. V., K.

Status vero Domus requirae anno superiori et praecedenti.

Annus XIte 1223 D. Honorii III anni VII	Ordinis nostri 139 D. Iancellini Epi X anni 45	Domus Erisulti 19 D. Bernardi Prioris VI anni I

Anno proposito salutis nostrae millesimo ducentesimo vigesimo tertio, Domus Erisulti nonus decimus, indictione undecima, quae res nostrae, satis multiplicatae noscuntur, quando quidem sex libras et centum unciatas duo solidi Denariorum provenientium cum triginta aliis septem solidis Denariorum senatus in septem et decem terris expensi sunt, videlicet Sexdecim in Erisulto, ut videre est (Collepr. alphab. XII, L. XIII, F; XVI, C; O, R, XVIII, H; XXIII, I; XXIV E.)

Alia sita est in territorio Civitatis alatri in loco dicto la valle Jonella pro qua dedit monasterium pecudes 54 (Alatri alphab. XXI, B.)

Hoc insuper permutationes factae sunt: Primo Octaviano Liberge dedit duas terras in pede Castelli Erisulti pro casalino posito in castro Collepardi. et E insuper solidi Denariorum proveren. (Collepr. alphab. XV. Citt. C.)

Annus Christi 1223	Crescinus mortui 139	Domnus Crisulti 191
D. Honorii III	D. Iancellini Gen X	D. Bernardi Prioris VII
Ann: VII	Annus 45	Annus primus

Mira filia Joannis Amati tres terras in Crisulto, pro domo posita in Castro Collepardi (Coll. Alphab. XVIII, H).

Idem Roffridi aliam terram in Crisulto, pro canapino et decem solidis proven. (Coll. Alphab. XXI, C).

Crescius aliam dedit terram in Gorgazano pro casalino posito inter terram Vic: (Vic.).

Item Joannes Galleti dedit terram in plano Crisulti, pro qua accepit medietatem duorum casalinorum in Castro Vic. et 20 solidos provenienses. (Coll. Alphab. XIII, C).

Benefactores hujus anni

Joannes de Battuta donavit eam quam habebat partem super qua dam terra in Crisulto, jam a Monasterio empta. (Coll. Alphab. XVI R).

Maria cum duabus sororibus suis quondam Ladulfi Joannis Curti de Collepardo, donaverunt terram de flumen (Coll. Alph. XVI, O).

Uebius Bartholomei Girardi donavit omnia bona sua existentia in territorio Castri Vic. tam culta quam inculta. (Vic. Alph. VIII B).

Statuyn hunc Domus nostrae hoc anno nobis memorata mo numenta praebent.

D. Bernaldus Prior anno ejus primo
D. Joannes et } Procuratores
D. Andreas }
D. Joannes alter Sacrista
Fr: Aymus, Fr: Albertus,
Fr: Petrus, Fr. Guillelmus,
Fr: Gobelinus, ~~Albertus~~
Fr: Raynerius
Fr: Andreas Javille et Maximus

Annus Christi 1224	Ordinis nostri 140	Domus Ursulti 20
D. Honorii III.	D. Jancellini Gen.li X.	D. Bernardi Prioris VI.
Ann. VIII.	Ann. 16	Ann. II.

Annus sequitur ducentesimus vigesimus quartus supra millesimum Domus nostrae vigesimus, Indictione duodecima, circa quod tempus (commune enim praecisum non habemus) iterum a Collepardensibus magis magisque persistentibus, vetera de Silva Ecii sunt renovata controversiae propterea quod (ut praedicitur) liberum lignandi atque pascendi usum ex Monte Fornelo per D. Innocentium Papam sibi concessum ac a D. etiam Honorio illius successore confirmatum; vetantibus eorum praepotentia Vicanis hominibus, quos decretalem sustinuisse concessionem manifestum est ex depositionibus plurium testium formaliter examinatorum, ut alibi dictum est, et habetur in Alphab. Collep. de XXI et c. Revera assegui nullatenus valebant, et plurimi interim habita ~~[illegible]~~ damna eorumque incisiones secutae sunt. Adeoque iterum habito recursu ad S. Sedem ex utraque parte, causaque proposita atque Verulano Episcopo commissa, haec tandem ab eo sententia prolata est, ex cujus tenore quia inaffabili (ut ita dicam) hominum hominum praecacitas satis superque deprehenditur, hisce, prout fonat, inserere non piguit.

Sententia D. Verulani Praesulis contra Collepardenses in ea sententiatos excommunicatos

Sanctissimo Patri et D. Honorio, Dei gratia S.R.E. Summo Pontifici, Leo, Verulanus Episcopus licet immeritus, commendationem et seipsum ad pedes.

Non credo a Sanctitatis vestrae memoria excessisse, qualiter quaestionem quae vertitur inter VV. Fratres S.ti Bartholomaei de Insulto ex una parte, et homines Collepardi ex altera, de Silva quae dicitur Ecii et de quibusdam damnis hinc inde datis, dum mihi Vestra Paternitas duxerit committendam. In qua cum juxta mandati tenorem procedere vellem, ad statutum diem utramque partem ad meam praesentiam convocavi: quibus adve nientibus, utrisque propositis ut ea dicerent, quae ducerent proponenda. Cumque Collepardenses inter multa proponerent

Annus Christi 1224 D. Honorii III^i Ann. VIII | Cœnis nostri 140 D. Jancellini Gen^s X^i Ann 46 | Domus Trisulti 20^us D. Bernardi Priori VI^i ann. 2^us

se non posse ad praesens agere vel respondere, utpote quia Advocatis careant et copiam Rescripti non haberent, quod a Sanctitate vestra mihi fuerat datum, responsum est eis quod tale Rescriptum non debebat eis exhiberi; utpote quia super primo Rescripto Commissionis, obtenta dilatione, deliberare jam potuerant, et secundum super alia causa, de qua Prior Sti Bartholomaei nondum egit, fuerat impetratum. Propter quod cum petita dilatio fuisset denegata, ipsi Collepardenses ad appellationis diffugium confugerunt. At Prior Sti Bartholomaei e contra humiliter pro ipso Monasterio postulabat, ne talibus frustatoriis dilationibus aditum praebere deberemus, cum id ideo petere niterentur ut Silvam Monasterii interim succiderent ac depascerent, quam singulis diebus, collecta multitudine devastabant: ostendens etiam per oraculum felicis recordationis Innocentii Papae Praedecessoris vestri, et per vestrum etiam super eodem facto consequenter emissum quod praefatae silvae possessio adjudicata fuerat eisdem. Cumque hoc et his similia in meo fuissent auditorio recitata, secutus formam litterarum D. Innocentii, qui super eadem quaestione coram eo mota Collepardensibus sub poena centum librarum inhibuerat, ne de praedicta silva quidquam contingerent, donec coram ipso plenius de suo jure docerent, eisdem sub poena excommunicationis inhibui, ne, pendente lite, succiderent silvam aut cum bestiis depascerent; eis terminum praefigendo in ipso loco quaestionis, in quo se conspectui meo praesentarent: et ad quae Collepardenses indignatione commoti, tantum appellando, a mea praesentia discesserunt dicentes quod, etiamsi Sanctitas vestra eis silvae aditum denegaret, nusquam dimitterent quin ad ipsam accederent, et pro beneplacito fruerentur. Ego vero propter haec non obmittens, sed secundum quod in mandatis acceperam, personaliter ad locum accessi, et inveni homines dicti castri ac boves succidentes et vastantes silvam. Quibus sub simili poena excommunicationis inhibui ut a tali molestatione Beati Bartholomaei, pendente quaestione, cessarent; et si quid juris haberent, proponerent, quoniam in jure suo me promptum ac benevolum invenirent. Cumque haec et his similia quae ut eos provocarem ad bonum, ipsis proponere curavi, dixissem bidui eos, apud Monasterium manens, ut de

Annus Christi 1224 D. Honorii III anno VIII | Ordinis nostri 140 D. Jancellini Glis XI anno 46 | Domus Crisulti 20 D. Berrardi Prioris VI anno II

propositis haberem responsum expectavi; credens ut mea dicta ipsos revocarent a malo, quod [illegible] privi valde inveneram obstinatos. Et cum ipsi nollent a tanta praesumptione desistere nec a continua succisione silvae cessare videns quod non possem taliter proficere circa eos, judicium quem mecum duxeram cum uno ex cappellanis meis et cum omnibus litteris commissionis ad castrum ipsorum dirigere procuravi; dans in praeceptis eisdem ut eos inducerent, quod ob reverentiam Dei et Apostolicae Sedis honorem interim, dum judicium pendet, a tanta persecutione Religiosorum vero cum cessarent, quia in nullo jus diminueretur ipsorum, si quando constaret eos aliquod jus habere, et eorum iterum silvam nos taliter devastasse. Quod si haec dicta obaudire non curarent, cum viderentur proiecto malam fidem habere, ne diutius crassandi materiam in rebus alienis haberent eis injunxi ut ex parte mea tales praesumptores usque ad condignam satisfactionem publice excommunicatos denunciarent. Dicti vero Ebusitii cum pervenissent ad locum, et invenissent ipsos omnimode contumaces, quod nec ipsi remanere eos ad locum posse revocari, ex auctoritate Sedis Apostolicae et mea, omnes qui, post prohibitionem a me factam succiderent silvam, seu postea dum lis pendet, succident vel deportarent, excommunicatos denunciarunt, usque dum mea super hoc parerent obedire mandata. Quo facto, nuntii ad propria reversi, et audito per ordinem quod fecerunt, approbavi quod fecerant, et in ipso negotio ad tempus supersedere disposui, experiri volens, si quomodo daret eis verum intellectum. Et cum tempus terminum partibus praefixisset ultra quem et ad diem certum advenire curassent, et instaret Prior ut de damnis datis post prohibitionem satisfieret, Collegarenses ad solitum appellationis subterfugium convolarunt, et quamvis eorum appellationem credederim non tenere placuit tamen mihi totum processum negotii ad pedes vestros referre, ut scire inde vestrum beneplacitum voluntatis. Vos vero, quod actum fuerat approbatis, paternitatis meae protinus rescripsistis, ut, non obstante appellatione praemissa juxta priorum continentiam litterarum procederem. Quo recepto semel et iterum partibus ad meam praesentiam convocatis, dicti Collegarenses iterum praetendunt, quod de suis aliquos ad Curiam destinarent, dilationem cum instantia postulantes, dicentes quod a Curia vestra

Annus Christi 1224 | Cœnis nostri 140 | Domus Crisulti 20ª
D. Honorii tertii | D. Jancellini Glis Xi | D. Bernardi Prioris VIi
ann. VIIIi | ann 46. | ann: IIi

novum mandatum superveniret debebat, et ne seas peteret, Sedem Apostolicam appellarunt. Cunque profecto didicerim quod captiose in ipso negotio procederent nunquam aliud, semper in solam dilationem protendendo, et quorundam relatione didicerim quod Bannum in suo Castro posuerant, ut de omnibus quibuscunque domo Collegardensium unus deberet masculus vel femina ad presentiam vestram accedere, ut si saltem valerent paternitatem vestram ad misericordiam inclinare Visis omnibus Instrumentis Monasterii et summatis rationibus intellectis, quibus videtur dictae silvae possessio ac dominium ad Ecclesiam B. Bartholomaei spectare, assidentibus mihi aliquot de Canonicis meis et Jacobo judice de Guarcino, et aliis nonnullis viris probatis dentibus, ductis maxime Rescriptis Fel. Recordationis Innocentii Papae tertii praedecessoris vestri, necnon et vestro, de consilio praedictorum dictae Silvae, quae dicitur Eici Monasterium S. Bartholomaei existimavimus possessorem. Et quia Collegardenses saepe interrogati, contra Litteras D. Innocentii nihil de jure proponere valuerunt, imo semper subterfugia quaesierunt ob meritam contumaciam ipsorum et manifestam calumniam eos iterum denunciamus excommunicatione notatos usquedum satisfactionem condignam, qui post meam inhibitionem ad silvam illam succendendam vel etiam depascendam accesserant, necnon et illos qui in Dictae silvae possessione dictum Monasterium temerarie perturbare, donec Collegardenses jus suum curaverint probare, Deo dirigendo ad petitionem dicti Prioris Sti Bartholomaei quod factum est de pedes Sanctitatis vestrae, quam Dominus ad serenitatem tuitae suae Ecclesiae conservare dignetur. Amen. (Ellisallancar. Nr 143)

Hoc Anno DS. hujus temporis Patres emerunt in Cerisullo possessiones octo pro pretio solidorum provenensium sexaginta quatuor, ut videre est Apsab. Coll.is XIII L. — XV D. — XVIII A. I.

In eodem territorio Collisparedi aliam terram positam ubi dicitur Orcorum pro tribus libris proven. Apsab. Colleg. XXII B.

Item terram cum pedibus olivarum et aliis arboribus de Ioselassam Octo latis pro solidis viginti denariorum proven. Apsb. Colleg. XIII L

Annus Christi 1224 D. Honorii III Ann VIII	Cursus nostri 146 D. Iancellini Ep. X ann. 46	Domus Crisulti 20. D. Bernardi Prioris VI Ann. II

Benefactores hujus anni.

Patientia Girardi de Vico donationem inter vivos Monasterio concessit libere sextamdecimam partem unius horti sub Ecclesia S. Blasii. (Collig. 2i Alphab. XVIII, et).

Petrus Amati de eodem loco donavit terram cum arboribus juxta vineam Oliveti. Tres pedes vineae, juxta fossatum, retenta pro se tantum ejusdem terrae arborumque quarta parte. (Collig. 2i Alphab. XXII B.)

Maria Bartholomaei Adami donavit una cum Joanne fratre suo pastinum ad S. Dominicum juxta viam publicam. (Ibidem).

Rainaldus et medes de Vico similiter dimisit Monasterio terram in Crisulti. (Collig. 2i Alphab. XIX C).

Statuy Domus hoc anno integrum ex praecitatis testamentis non habemus, et pluries etiam factum est. De his tamen nobis innotescit, nempe.

De V. P. D. Bernardo Priore, anno ejus secundo

De D. Andrea Procuratore.

Fratres vero Laici hi sequentes sunt, nempe:

Fr. Petrus Fr. Massimus Fr. Ranerius Fr. Aymon Fr. Jobelinus Fr. Albertus et Fr. Guillelmus.

De caeteris require quae in superioribus scripta sunt: clarius enim et evidentius circa hoc asserere non valemus, praesertim quia hac tempestate nullum usquemodo Procuratori Instrumentum conventualiter confectum libuit invenire.

Annus Christi 1225 D. Honorii III° Ann. IX	Cycinis nostri 141 D. Joncellini Gen. X° Ann. 11	Domus Crisulti 21 D. Bernardi Rubei VI° Ann. III.

Anno subscriptis Salvatoris nostri millesimo ducentesimo vigesimo quinto, Domus nostrae vigesimo primo, Indictione tertia decima, bo norum emptiones non desiverunt. In Crisulto enim tres fuerunt possessiones comperatae pro pretio in totum solidorum proven. trigin ta unius. (Colleg.i Alphab. XVIII C. — XIII B.) atque insuper tota pars spectans ad quendam Petrum de Vico, existens pari ter in Crisulto, pro solidis quinque denariorum senatus. (Colleg.i Alphab. XIII K.).

Ad S. Dominicum alia terra, ubi dicitur Vinnale pro decem supra tres solidos denariorum proven. (Alphab. Colleg.i IX Ct. X).

Ad S. Blasium prope Castrum Vici unum hortulum, et totum su super jus quod nonnulli habebant super illo, aliisque ibidem existentibus, pro pretio in totum solidorum triginta quatuor et de nariorum quatuor proven. (Vici Alphab. IV. C. — IX P. — Colleg.i Alphab. XIII B. — XVII C.)

Item haec bona Monasterii nostri fuerunt permutata cum infra scripti, videlicet: Joannes Donadeus dedit terram positam ad Carbo narium Crisulti et 40 insuper solidos pro quarta parte totius successionis Presbiteri Amedei ad Monasterium spectante. (Colleg.i Alphab. XIII B.).

Atque Maria et Clara Matthiae filiae dederunt vineam ad S. Dominicum pro vinea altera in Colle Lei Petrini existente, necnon et terra ad Vallem Mucij. (Ibidem).

Insuper Philippa de Collepardo terram in Cerreta pro vinea in tenimento Colle parei (Alphab. Colleg.i VII G.).

Benefactores hujus anni

Gregorius Frasca donavit totum jus quod habebat in hortalibus positis sub jurisdictione S. Blasii (Colleg. Alphab. XVII. C.).

Quod Statum Domus omnium consule praecedentium

Annus Christi 1226	Cronis nostri 142	Domus Crisulti 22
D. Honorii III	D. Iuncellini Gen. X	D. Bernardi Prioris VI
ann: X	ann: 48	ann. IV.

Anno Redemptionis nostrae venit millesimus ducentesimus vigesimus sextus, Domus Crisulti vigesimus secundus, indictione quartadecima non modicas plurimum bonorum acquisitiones exhibens. In Crisulto nempe viginti tres possessiones, pro pretio in totum librarum septem et solidorum centum viginti et octo Denariorum provenientes per ea quae deducuntur ex instrumentis signatis (Vic: alphab. XV. I— Colliy. 2. et alphab. XII I— XV L. I. X.— XVI. E— XVII N.— XXIII S— XXV Z.) necnon et 50 solidorum Denariorum Senatus (Colliy. 2. alphab. XXIX. D.).

(Nota separatim hic a nobis fieri Denariorum Senatus et provenientium descriptionem propter inscitiam nostram, et librorum etiam de materia tractantium carentiam. Non enim usquemodo compertum habemus quanti valeat solidus provenientis, et quanti alter Senatus et quid intersit inter utrumque; quare ne me confundam et Lectorem involvam in errorem, hunc semper servabimus ordinem quoadusque aliter hujus rei veritas patefiat.)

In territorio Alatrino, loco dicto Margareta, terram unam, pro XIII libris Denariorum Senatus (Alatri alphab. XII. 9)

In territorio Vicano terram aliam ubi dicitur Tali pro XV libris Denariorum Senatus (Vic: alphab. XIV. 11.)

Ibidem in loco dicto Gorgozano aliam terram pro sex libris Denariorum Senatus (Ibidem)

Benefactores hujus anni non habemus

Status vero Domus hoc anno talis est

V. S. D. Bernardus Prior, anno ejus quarto.

D. Andreas curator Domus

Fr: Petrus, Fr. Raimus, Fr. Raynerius et Fr. Jebolinus

De caeteris monumentis hujus anni non fuerunt, quamvis id haberi possit ex praenotatis in Superioribus, et inferioribus etiam recensendis annis

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX ann primus	Ordinis nostri 143 A. Jancellini Gen. X. ann 49	Domus Ersulti 23 D. Bernardi Priorij VI ann. VI.

Salutis nostrae annus agitur millesimus ducentesimus vigesimus septimus, Domus Ersulti vigesimus tertius, Indictione quintadecima, quo defuncto felic. record. D. Honorio Papa III. e'ius S. Sede successit D. Gregorius hujus nominis nonus, qui in sui Pontificatus initio omnia privilegia concessa ab Innocentio III. necnon et praefixos Domus nostrae terminos etiam declarat amplissima ejus Bulla confirmavit, quae relata supra ad annum 1211. Ne autem labori parcere videamur, praecipue quia terminos etiam declarat sibrae Eis eamque Monasterio confirmat, sic eam accipe.

Gregorius Episcopus, servus Servorum Dei, Dilectis filiis Priori et Fratribus S.ti Bartholomaei de Ersulto, Ordinis Cartusiensis, tam praesentibus quam futuris, eremiticam vitam professis in perpetuum. Vineam coelestis, in qua manu Divina Cartusiensis est Ordo plantatus, ita palmites suos longe lateque diffudit, flores producentes, et fructus uberes ac suaves quod felic. record. Innocentius Papa III, Praedecessor noster, eorum delectus fragrantia decreverit juxta Romanam Ecclesiam ipsius desiderabile germen habere, non solum ut ejus intercessionibus apud Deum efficacius juvaretur, verumetiam ipse Ordo ex Apostolicae Sedis vicinitate familiarius sibi conjungeretur in visceribus Charitatis. Unde idem Praedecessor noster Ecclesiam S. Bartholomaei de Ersulto jamdudum Ordini vestro concessit faciens ibidem construi monasterium secundum ipsius ordinis institutum. Vos igitur vestris justis precibus annuentes, praefatum S.ti Bartholomaei monasterium, in quo Divino estis obsequio mancipati, ad exemplar ejusdem Praedecessoris nostri, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut eremiticus Ordo qui secundum Deum et institutionem Cartusiensium Fratrum in eodem loco per eundem

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX anno 1°

Ordinis nostri 143 D. Iuncellini Gen. XI anno 49

Domus Crisulti 23 D. Bernardi Prioris VI anno V

praedecessorem nostrum institutum esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Praeterea quascunque possessiones, quaecunque bona idem monasterium in praesentiarum rationabiliter obtinet, aut in futurum concessione Pontificum oblatione fidelium seu aliis justis modis, praestante Domino, poterit adipisci; firma vobis vestrisque Successoribus et illibata consistant. Terminos autem qui Domui vestre provide sunt statuti, auctoritate Apostolica confirmamus, qui profecto sunt hi: Rivus veniens de Guarcino usquedum jungitur flumini Collisparet apud S. Calixtum de Autissino, inde tenditur circumeundo per S. Gregorium de Observano per Lavacellum per S. Egidium de Colle, per Collem de Arella, inde descenditur ad rivum Valli ex parte Casemarii ad Ecclesiam Sctae Mariae de Masena. Ib. ex altera parte Valli incipiunt. quidam montana usque ad Petram malam, perveniendo per haec loca, videlicet: S. Joannem de Ratelli, S. Angelum de Morterio, Vallem Frascinorum. Ad petra mala itur circumeundo per montana usquedum venitur ad campum malum supra Guarcinum, et inde descenditur per vallem citra Guarcinum usque ad rivum ejusdem Castri: in principio nominatum. Ad haec Silvam Dei a dicto Innocentio Vobis concessam, et a felic. mem. Honorio PP. praedecessoribus nostris postmodum confirmatam, quae prout in Instrumento publico confecto exinde continetur, subscriptis finibus terminatum, videlicet: a parte Castri Vici est rivus aquarum, ab alio latere flumicellum, a tertio Peschus juxta Retonaram, a quarto colli qui dicitur Asprella in pede Arendarum S. Bartholomaei, a quinto Petra mala, monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus juxta tenorem Litterarum ejusdem Honorii Praedecessoris nostri: districtius inhibentes, ne quis vos super eadem Silva quomodolibet aliud jus sibi praesumant de cetero vindicare. Ad instar quoque felic. mem. Coelestini Papae Praedecessoris nostri, qui Capitula subsequentia Ordini vestro concessit, sicut in ejus privilegio continetur, auctori-

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX anno 1°	Ordinis nostri 143 D. Joannellini Gen. XI anno 49.	Domus Trisulti 23 D. Bernardi Prioris VI anno VI

tate Apostolica interdicimus et sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis inter praefatos terminos Domus vestrae hominem capere, furtum seu rapinam committere aut ignem apponere, vel homicidium perpetrare audeat aut homines venientes ad Domum vestram vel redeuntes ab ea, quomodolibet perturbare, ut ob reverentiam Dei et Domus vestrae intra praefatos terminos non solum vos et Fratres vestri, sed etiam alii pleniori pace gaudeant et quiete. Liceat quoque vobis clericos et laicos liberos et absolutos e saeculo fugientes ad conversionem vestram recipere eos eos absque ullius contradictione in vestro Collegio retinere. Prohibemus insuper ut nulli Fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem, absque licentia sui Prioris fas sit de claustro vestro discedere; discedentes vero absque litterarum communium cautione nullus audeat retinere. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante Concilium Lateranense quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Adjicientes quoque statuimus ut infra dimidiam leucam a terminis possessionum vestrarum nulli religioso liceat quodlibet aedificium de novo construere vel possessiones acquirere sine vestro consensu, vel Romani Pontificis licentia speciali; consecrationes vero altarium seu Basilicarum Ordinationes Clericorum vestrorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a Diocesano suscipiatis Episcopo, communionem et gratiam Apostolicae Sedis habente, absque licet vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Pontificem qui minimum nostra functus auctoritate, vobis quod fuerat postulatum impendat. Insuper, auctoritate Apostolica inhibemus ne Diocesanus Episcopus vel alia quacumque persona vos ad Synodos vel Conventus ire forenses, seu judicio saeculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat; nec

Annus Christi 1227 | Ordinis nostri 113 | Domus Trisulti 23
D. Gregorii IX | D. Iancellini Gen. X | D. Bernardi Prioris VI
Ann 1m | Ann 19 | Ann VI

ad Domum vestram non vocatus ratione Ordinis celebrandi, causas tractandi, vel aliquos publicos convocandi conventus venire praesumat, nec regularem electionem vestri Prioris impediat, aut de instituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra Statuta Cartusiensis Ordinis se aliquatenus intromittere. Porro si diocesanus episcopus vel alii ecclesiarum rectores in Monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercenarios vestros, pro eo quod non solvitis decimas, sicut dictum est, vel aliqua occasione illorum quae ab Apostolica sunt vobis benignitate concessa, seu Benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate praestiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam fere praesumpserint, ipsam tanquam contra sedis Apostolicae Indulta prolatam decernimus irritandam. Illae litterae illae habeant firmitatem, quas tacito nomine Cartusiensis Ordinis, et contra tenorem Apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Statuimus etiam ut propter interdictum terrae commune, Monasterium vestrum, excommunicatis et interdictis exclusis, a divinis non cogatur officiis abstinere. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Priore, vel tuorum quolibet successore, nullus in illo quelibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, nisi quem Fratres communi consensu vel Fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum et approbata vestri Ordinis Instituta providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicae auctoritate. Si quis igitur in futurum ecclesiasticus saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congruam satis-

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX Ann: 1m	Cœnis nostri 143 D. Iancellini Jen. X Ann: 49	Annus Cisulti 23 D. Bernardi Trioni VI Ann: VI

factione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo Corpore et Sanguine Dei et Dni Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine subjaceat ultioni; cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D. n. J. C., quatenus et hic fructum bonae actionis percipiat, et apud districtum judicem praemia aeterna pacis inveniat. Amen. Amen. Ego Gregorius Catholicae Ecclesiae Episcopus.
(Deinde XII subsequuntur S. R. E. Cardinalium subscriptiones).
Datum Anagniae per manum Jenebaldi, tituli S. Laurentii in Lucina Presbiteri Cardinalis et S. R. E. Vice Cancellarii, VIII Kal. Octobris, Ind. XV, Incarnationis Dominicae anno 1227. Pontificatus vero D. Gregorii Papae IX anno primo. (Bulla Pontificum N° 2).

Ecce ex his D. Gregorii Papae Privilegiorum nostrorum confirmationis Litteris se offerunt adnotanda,

Et primum. Dolendum sane, quod per non usum ob inauriam nostram regium illud terminorum circa nostrorum observantiam indictum de quo supra (Terminos autem) pene sit antiquatum, cum juxta animi mei sententiam quibus vis aliis celebris illustrisque jure existimatur. Quamvis autem id factum et quando perspicuum impresentiarum non est; quamvis non ambigendum ut infra suo loco dicetur quam diligentissime fuisse aliquo tempore observatum.

Alterum; circa verba (sane laborum vestrorum versatur: ubi agitur de exemptione a decimis bonorum nostrorum. Hoc enim privilegium jam antea ab Innocentio III° fundatore nostro, generaliter et absolute concessum, nunc a Dno Gregorio ejus successore ad ea tantum bona restringitur et limitetur ante Gle Lateranense Concilium acquisita; quod quia anno salutis nostrae millesimo ducentesimo quintodecimo celebratum fuisse novimus; inde fit ut ea quae ab eodem anno citra possidet

Annus Christi 1227	Cycinis nostri 143	Annus Cisulti 23
D. Gregorii IX.	D. Innocentii Sen. X.	D. Bernardi Abbatis VI
Ann: 1m	Ann: 49	Ann: VI

mus ejusmodi censeantur onere, decimarum nempe solutionis, subjacere, ni tamen nova scribendo occurrant privilegia.

Postremo illud etiam haud est ignorandum, facultatem illam, qua nimirum illis laborandi diebus, in quibus per Statuta nostra non nobis, sed alijs laborare vetitum est, per Sacri Concilii Tridentini Decretum Decret. de Regular. Sess XXV. C. 12 censeri abrogatam, propterea quod ibidem expresse dispositum, dies omnes festos, quos Episcopi in Diœcesi sua servari ~~dispositum~~ jusserint, ac Religiosi etiam quibuscunque, quantumvis exemptis, fore observandos, ibi: Dies etiam festi (sunt verba Concilii) quos in Diœcesi sua servari jussit Episcopus præceperit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus servandos. cui etiam Statutorum nostrorum verba consonant in idem resonantia, videlicet: In festis etiam quæ Episcopi Diœcesanos jussu servanda jubebunt, etiam cessare debent et Ecclesiam frequentare. (III P. C. II. n. 4.)

Quamvis quoad hoc S. Concilii Congregatio declaravit supradictum Decretum ita esse accipiendum ut Regularis ritus in illis festis semper in suo maneat robore quoad celebrationem missarum cæterasque Divinæ officij tam publicæ quam privatim ab eisdem Regularibus in eorum pertinentia ecclesijs, quibus minime ulterius quidquam Episcopi immutare seu innovare prohibuit; quod si secus fecerint, nullatenus illis quoad hoc Regulares obedire teneantur, ut refert Rodric quæst. Reg. tom. IV, tit. 4. Cap. 29. n. 47 vers. Dies Fest.

Quidquid aliter veniat dicendum circa alia festa ex voto communitatum celebranda (prout annuatim fit Collegarii de mense Octobris in festo S. Salvatoris illius Ecclesiæ Patroni), quia hoc tantum casu aliisque similibus, mercenarii qui eodem die S. Salvatoris non in operibus adjuvarent, non incurrerent profecto pœnam Statuti contra laborantes illo die comminatam. Quod etiam ex identitate imo etiam ex potioritate rationis extendendum putarem ad alios

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX ann: 1°	Ordinis nostri 143 D. Joannelini Gen. XI° ann: 49	Domus Trisulti 23 D. Bernardi Prioris VI ann: VI

quosque dies, qui neque ab Ecclesia Sancta, neque Dioecesana Synodo observari jubentur, in quibus praeconis voce in unum omnes convocantur civis ad Consilium seu tractatum de negotijs publicis habendum; quia si illis diebus unus vel alter eorum qui alicui interesse deberet actualiter monasterio inserviens, ejusmodi communitati suae Conventus absesse contingat, non tenebitur exinde propter talem absentiam statutariam persolvere poenam, a qua etiam diebus festis nobiscum laborando est immunis; quia in hoc supremum atque Apostolicum Largitorem Monasterii utilitati atque commoditati consulere atque favere voluisse non est dubium, ne nobis in loco horroris et solitudinis positis, ab humana nequa consortio sejunctis, debitum subsidium aliquando deesset. Quod quia passim contingere potest, hic annotandum non abs re duximus, ut ab ejusmodi vexationibus monasterium sibi inservientes relevare non dubitet.

Hoc etiam anno idem Apostolicus Princeps suis Litteris jubet ecclesiasticis Consulibus Monasterium nostrum contra quoscumque illud perturbare aut molestare praesumentes, totis viribus defendere, his plane verbis:

Gregorius Episcopus servus servorum Dei; Dilectis filiis Consulibus et Clericis Latrinis salutem et Apostolicam benedictionem. Cum Monasterium Sti Bartholomaei de Trisulto, quod in partibus illis Sanctae religionis flores protulit et odorem effudit, fovere ac diligere tenemur, et ab indebita molestantium inquietatione tueri; devotioni vestrae per Apostolica scripta mandamus quatenus dictum Monasterium, sicut Ecclesiam B. Pauli Latrinis manutenere ac protegere pro nostra et Apostolicae Sedis reverentia studeatis; non permittentes illud ab hominibus Collepardi vel alijs temere molestari; et si ex parte nostra sub poena ducentarum li-

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX Ann. I	Cicinis nostri 143 D. Iuncellini Gen. XI Ann 49	Comus Crisulti 23 D. Bernardi Priorj VI. ann: V.

barum ne illud molestare audeant inhibentes; quibus procul dubio poenam, si in eam inciderint, exigemus. Si autem ipsi contra praefatum Monasterium quidquam se habere proponunt, coram nobis de jure poterunt, si voluerint, experire. Datum Anagniae, XIV Cal. octobris, Pontificatus nostri anno primo. Ex ann. Mcent. Bullarum et Regestorum nostrorum Regesto: p. 26.

Emptiones bonorum hoc hanno factae parvae, sed magni pretii sunt, etsi non excedant valorem earum quas usque nunc recensuimus. Ex calculo enim comperimus XVI libras provenienses cum centum et septuaginta septem solidis, et insuper XXXII libras denariorum Senatus in emptionibus erogatas, videlicet.

Quindecim possessionum in Crisulto, ut videre est in Alphab.° Collipardi XII S. — XIV G — XV B. R. Z — XVIII Z.

In eodem territorio Collipardi ad S. Dominicum, unius vineae et alterius terrae Alphab.° Collipardi V DC

In Cerecbe unius terrae Dicti Alphab.° XVIII Z

Item in Margesata territorii ut creditur Alatrini trium terrarum Alph.° Natri XII G — Alphab.° Collipardi IV P.

In territorio Viani in loco dicto Viciaro alterius terrae.

In valle Bucci ibidem unius similiter terrae Vic.° Alph.° XIII Z

In valle Aginsanni alterius terrae Vic.° Alphab.° VI. C.

Ad S. Blasium sub eodem Castro portionem nonnullorum hortalium Vic.° Alphab.° XVI. A.

Permutationes

Bonae vero hoc similiter anno permutata sunt haec:

Petrus Bilvardus dedit Monasterio terram in loco Dicto Beccaria pro qua recepit vineam in Balonisa et Campinam ad S. Iannem Alphab.° Collipardi XV. B.

Annus Christi 1227 D. Gregorii IX Ann I	Ordinis nostri 143 D. Jancellini Gen. X Ann 49	Domus Crisulti 23 D. Bernardi Prioris VI Ann: VI.

Maria Simeonis Landi de Vico dedit Monasterio terram in Olivano juxta vineam ejusdem Monasterii, pro qua recepit duas terras in Caldarello Alphab. Vici XVI. A.

Monasteriam tradidit Crescentio Bartholomaei de Vico vineam sitam in loco ubi dicitur casa Longa una cum concha et arboribus ibidem, pro qua recepit unam terram juxta prata Crisulti et alteram in Gorgozzana juxta terram Ecclesiae Sctae Mariae de Ornet.

Eodem anno Monasterium recepit a Bartholomaeo Joannis Amati unam terram juxta rivum Vici pro qua dedit eidem in commutationem aliam terram sitam in Monte Vici; haud procul a via publica. Alphab. Collisp. XVIII. L.

Benefactores hujus anni

In hoc Anno unus tantum comparet benefactor hujusce nostrae Domus, nempe Beraldus de Patienza qui donavit Monasterio quintam partem terrae in Valle Corsantii et decimam partem alterius in Mujano in territorio Vici. Alphab. Collisp. XVI L.

Domus nostrae Status quod attinet, quum hujus Anni singula instrumenta desiderantur, ne adumbrari quidem potest

manca una pagina

Annus Christi 1228 D. Gregorii IX anno II°	Ordinis Nostri 144 D. Iancellini Gli X° anno 5°	Domini Urbani 24 D. Berengarii Tiburj VI. anno VI

videri expedire. Contradicentes, si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Perusii III Non. Ianuarii. Pontificatus nostri anno secundo. (Bullae Pont. Cl. 12).

4° Hoc etiam semper de mandato ejusdem D. Gregorii Papae fuit injunctum D. Raimaldo Diacono Cardinali, et ipsius Camerario, ut de privilegiis omnibus Ordini nostro iam concessis clausulam illam salva Diocesani Episcopi canonica justitia penitus adimeret, idemque omnino fieret in futurum concedentis, prout ex literis ejusdem Dni Cardinalis Camerarii, quarum Authenticum transumptum habemus, liquet manifeste, et sic habetur.

5° Raimundus divina miseratione S. Eustachii Diaconus Cardinalis Domini Papae Camerarius universis praesentes literas inspecturis in vero salutari salutem. Universitati vestrae volumus et mandamus, quatenus Dnus noster Gregorius Papa et Nos ad piam instantiam Venerabilium patrum nostrorum P. T. et Mariae de Cosmedina, et P. Sctae Georgii ad Velum aureum Diaconorum Cardinalium fratribus Cartusiensis Ordinis de gratia speciali concedens ut de ipsorum privilegiis illa ~~clausa~~ clausula removeretur, videlicet salva Diocesani Episcopi canonica justitia ipsam per nos jussit penitus amoveri ac injungens expresse, ne de cetero Clausula ipsa in eorum eodem privilegiis poneretur. Hos igitur de mandato ipsius Dni suprascripto primatiali cancellariae, in quo sunt conservata exemplaria privilegiorum Episcoporum, nec non fratrum Cisterciensium Cartusiensium, Oralmonstratensium, et aliorum virorum religiosorum, de privilegio praedictorum fratrum Cartusiensium propria manu amovimus clausulam memoratam, auctoritate ipsius Dni inhibentes, ut deinceps clausula ipsa nullo modo ponatur in privilegiis eorundem. In cujus rei testimonium praesentes literas nostro sigillo munitas eis duximus concedendas. Datum Perusii mense Ianuarii. Pontificatus D. Gregorii Papae VIIni anno secundo. Essemus ritas Ecclesiastica N° XI.

Annus Christi 1225 D. Gregorii IX ann. II | Ordinis nostri 144 D. Iancellini Gen. XI ann. L | Annus Trisulti 24 D. Bernardi Prioris VI ann. VI.

6° Hoc anno hec infrascripta empta sunt bona ascendentia in totum ad valorem librarum sex, et solidorum nongenta trium denariorum provisiensium, videlicet; septem in Trisulto possessiones (Colleg. 2 et Alph. XVIII B.

7° In valle Begatti alia. Colleg. 2 Alphab: XXIV B.

8° Item in Molendino Rocelle, jus unius diei; et noctis Vic' Alphab: III C.

9 In alio molendino Cenosino octavadecima pars unius diei: atque noctis Vic' Alphab: XI H.

10 Hoc etiam anno Dominus Poco miles Matrinus una cum filiis suis sponte, et libere restituit nobis in manus D. Bernardo tunc temporis Priori quandam terram laborantiam, necnon Silvam castanearum positam ad locum, qui dicitur Silva Joannis Rocci quae spatio quinquaginta annorum tenuisse fatetur, quamvis de jure Monasterii nostri foret. et alibi Alphab: XVII Litt. C

11 Praeterea idem V. P. Prior permutavit cum Riccardo Boni terram quondam Monasterii positam in territorio Vic juxta hospitale cum duabus possessiunculis ab ipso Ricardo receptis, atque positis in plano supra volutabrum Vic' Alphab: VI Litt. C.

12 Nomina VV. Patrum hujus anni; atque Conversorum fratrum haec sunt.

1 V. P. D. Bernardus Prior, anno ejus Sexto, et ultimo, huic enim D. Guillelmus successit.

2 Joannes Procurator

3 Nicolaus pariter 2 Procurator

1 Fr: Nicolaus

2 Jacobus de Collepardo

3 Ranerius

4 Jacobus de Vico

5 Petrus et

6 Gobolinus

Annus Christi 1229	Ordinis nostri 145	Domni Cisulti 25
D. Gregorii IX	D. Iancellini Gen. X	D. Guillelmus Prioris VII
anno III.	anno 51	anno I.

Sequitur annus millesimus ducentesimus vigesimus nonus, Domni Cisulti vigesimus quintus, Indictione secunda, qui exiguam praebet differendi materiam, quando quidem praeter binas emptiones, unius videlicet terrae, in territorio Viano et in loco Valle Rossarei pro pretio XX librarum provemiensium Vic. Ofphab. II Ott. K.

Necnon et alterius diei, atque noctis super Mobendinum Pecorelle pro XII solidis Vic. Ofphab. XII Ott. A. (De quo etiam anno superiori nonus legitur, alias emptionem diei et noctis recensendo)

Benefactores

Omnis donationem quandam a Pandulfo Heraclio Thesaurario Cisterciensi factam libuit invenire, in qua imprimis donat omnia quae habebat in Monasterio nostro pro expletendo ~~opere~~ ope quod in eodem ipse facere jussus, Deinde omnia alia quae habebat in suo Sorino apud Ferentinum, quae tamen explenda sunt erant pro suffragio animae suae ad libitum VP. Prioris et Procuratoris ejusdem Monasterii.

Atque insuper libere eidem Monasterio reliquit quinque uncias Auri quas Domo Guttipedo, et Joannis filio ejus iam antea mutuaverat, ut apparet ex ejus Testamento. Signato Ferentini Offab VII Ott. K. Vide ad haec quae scripta sunt eodem anno 1231. ed. 6.

Statum Domni hujus anni integrum ex certa scientia dare non possumus propter inopiam Scripturarum, ex his in superius recensitis instrumentis haec nomina elicuntur.

1. V.P.D. Guillelmus Prior Domni anno ejus primo.
2. D. Nicolaus Procurator
1. Fr: Petrus
2. Fr: Gobolinus et
3. Fr: Jacobus. Quos ad caeteros tam fratres quam V.V. annos consule praecedentem, et subsequentem.

456

Annus Christi 1230
D. Gregorii IX
ann. IV

Ordinis nostri 146
D. Iancelini Gen. X
ann. 52

Domus Crisulti 26
D. Guillelmus Trioris VII
ann. II.

Dominicæ Incarnationis incipit annus millesimus ducentesimus trigesimus, domus Crisulti vigesimus sextus, Indictione tertia, qua cum Ven. Patres praedecessores nostri, adhuc multa hinc, inde bona, aliaque Monasterii jura iam diuum clam a pluribus usurpata intellexissent detineri, recumsum illic vel S. Sedem habuerunt; quorum praecibus Supremus Ecclesiæ Pastor, D. noster Gregorius etiamsi juxta morem benigne annuens, his et aliis Ecclesiæ suis literis injunxit, ut non tantum contra bonum jurium atque bonorum fraudulentos detentores, verum et alios quosque, qui haec ab aliis noverint detineri, neque revelare curaverint, excommunicationis

et sic habet:

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Ven. Fratri... Episcopo Altarin salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum Monasterium S. Bartholomaei de Crisulto Ordinis Cartusiensis ad nos nullo pertineat mediante sacrae Religionis obtentu speciali diligentes aspecta favorabiliter in suo jure fovere volumus, intellecto quod aliqui Civitatis, et Diœcesis Altarinae multa de bonis ipsius Monasterii clam detinere praesumunt, ut non minus fraudatibus, quam fraudatis utiliter consulatur, fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatinus in omnes illos, qui possessiones vel alia jura ejusdem Monasterii scienter detinent occupata, vel detenta sciunt, nisi ea infra terminum a te providè praefigendum, reddiderint, seu manifestaverint, promulges excommunicationis sententiam generalem renovaturus eam per Civitatem, et Diœcesim Altarinam singulis diebus Dominicis, et festivis, quandiu videris expedire. Datum Laterani XV Kalend. Februarii. Pontificatus Nostri anno quarto. Mab. Cafph. p.

Sunt praeterea et hoc [illegible] anno Domus facultates non nihil adauctæ propter emptiones trium possessionum in Caesarea territorio castri Collispadi pro praetio septem librarum et XXX soldorum provenientium. Collisp.

Cafphab. & C. y. et 10 l.

Annus Christi 1230 | Ordinis nostri 140 | Domus Erisulti 26
D. Gregorii IX. | D. Jancellini Ppi X | D. Guillelmus Sacris VII
anno IV | anno 52 | anno II.

Nec non et quartae partis tam nocturn quam diurnum Molendini Ospitalis pro libris undecim cum dimidio denariorum provenientium Collegio Olyphab. a C.J. Nov.

Hoc similiter tempore, cum quaestio verteretur inter monasterium nostrum et Petrum Beraldi de Vico super quadam terra posita in Casa Curto sub via quam d. Petrus dicebat ad se pertinere, ex quo pater ejus nullatenus eam poterat Monasterio relinquere, mox tandem spontae omnem remisit quaestionem, renunciando omni juri super illam, tam sibi, quam matri suae spectans, pro qua renunciatione Monasterium in re compensationem dedit illi duas tenulas in oplo et 22 solidos denariorum senatus. Joannes scripsit. Vici Olyphab. XV Kl.

Orta etiam lite super successione hereditatis D. quondam Philippi de Vico Monachi hujus Monasterii inter ipsum Monasterium ex una, et Petrum atque Ildionem Joannem fratres, et praedicti D. Philippi nepotes ex altera, ad hanc transactionem devenerunt, videlicet, Petrus (Nov.) supradicti dederunt Monasterio quandam terram positam in Casa Curti et Monasterium vice versa renunciavit omnibus aliis ejusdem hereditatis bonis, et juribus. Joannes alter scripsit. Vici Olyphab. IV J.

Permutationes vero hae sunt. Frotibrara de Collepardo dedit in permutationem Monasterio terram in Bezano et partem suam de Casa ibi posita in pede Castelli Erisulti, pro quibus accepit medietatem unius Casalini positi in Castro praedicto. Collegio Olyphab. IV h.

Magister Jacobus aliam terram in Erisulto, et partem alterius ibidem pariter existentis ad fontanam Ilicii, pro quibus habuit casalinum positum in Castro Vici Collegio Olyphab. litt. M. Olyphab. XIV

Benefactores hujus anni

Maria filia cujusdam, qui morabatur in Curia D. Papae donavit ipsum te atque libere omnia bona tam sua quam aliorum fratrum

Annus Christi 1230 D. Gregorii IX Ann. IV	Ordinis nostri 146 D. Jacobini Ge. X. anno: LII	Domus Cristi: 26 D. Guillelmus Priorij VII anno. II.

suorum quae habebat in Castro Vici: sive culta sive inculta. Lib. Offic. XVI

Et altera Maria filia Donij Amatorij de Civitate Anagniae donavit pariter omnia bona sua quae possidebat in Castro Vici, ejusque territorio. Lib. Offic. III R.

Statum Domus hoc anno talem exhibemus qualem ex praefatis novem Instrumentis, mutile tamen, sed sincere, atque fideliter.

1 D.D.D. Guglielmus Prior, anno ejus secundo

2 D. Riccardus Procurator

3 D. Nicolaus curator. Curatoris officium hac tempestate fas est credere fuisse alienum a Procuratione, atque in suo genere diversi muneris, quia semper in cujusvis anni instrumentis duo Monachi habentur, quorum alter officium exercet Procuratoris, et Curatoris alter. Quamvis non absurde arbitrarer Curatorem semper extitisse pro tempore Sacristam, eo ductus fundamento, quod sepius in eodem anno invenire libuit, Joannem Monachum, modo Sacristam, et modo Curatorem appellatum, quem eumdem non binos semper existimavi; ne tres Procuratores simul admitterem, quod etsi in unius, vel alterius anni circulo reperiatur aliquando, id factum fuisse compertum est, propter unius amotionem ab officio, et alterius subrogationem, prout manifestissime deducitur ex his quae in subsequentibus habentur, in quibus alter ex tribus in priori anno reptis, non amplius legitur Procurator, sed duo tm. Et hoc sit dictum citra veritatis praejudicium. 2

It insuper hoc anno mentio supra Cl. VII de Dno Philippo de Vico professo hujus Domus, atque defuncto, qui idem putatur cum eo, de quo scripsi supra ad annum 1214. n. 53.

Fratres Conversi hi aderant, nempe. Fr. Jacobus de Vico, Fr. Nicolaus Fr. Raynerius, Fr. Jacobus de Collegiardo, Fr. Guillelmus, et Fr. Andreas Jamille.

Annus Christi 1231 D. Gregorii IX anno V.	Ordinis nostri 147. D. Jancellini Gly X Ann. LIII.	Domus Crisulti 27 D. Guglielmus Privij VII Ann. III.

Anno Salvatoris nostri millesimo ducentesimo trigesimo primo, Domus Crisulti vigesimo septimo, Indictione quarta, cum D. Gregorius Papa iam dictum a felicis recordationis Innocentio Praedecessore suo sacrum Monasterium hoc ab omni Pedagio et quacunque de causa et occasione alias resolvendo de his quae usum nostrum in qualibet terra Patrimonii Beati Petri emere, dono recipere permutare, vel de hoc ad hoc aspectare contingeret, quibuslibet in contrarium statutis non obstantibus legibus, atque locorum etiam interdictis, audiret exemptum, hanc eam dem ab iisdemmet Pedagiis immunitatem, instantibus Priore et Consiliariis nostris suo iterum Chirographo XII Kalend. Februarii Priore dato ratum habuit, atque confirmavit, praecise, ac de verbo ad verbum ejusdem D. Innocentii privilegium de quo actum est supra ad annum 1215 Ch. 10 et 11.; hic inserendo videlicet.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei; Dilectis filiis Priori, et Fratribus S. Bartholomaei de Crisulto, salutem, et Apostolicam Benedictionem. Illius exemplo qui eorum quae fecit nihil odivit Monasterium Vestrum quod Romanae Ecclesiae constructum est sumptibus et dotatum, speciali diligentes in Domo Charitate, necessitatibus vestris speciali, et volumus, et debemus sollicitudine providere, specialibus vos Immunitatibus muniendo. Ea propter; dilecti in Domo Filii Devotionis vestrae precibus inclinati, ad exemplar felicis Recordationis Innocentii Papae Praedecessoris nostri auctoritate vobis indulgemus, ut in qualibet terra Patrimonii B. Petri seu alia qualibet vestris usibus necessaria, non obstante hoc rum aliquo interdicto, emere, vel permutare, seu dono recipere ac Deferre quo volueritis sine vel pedagio liberi valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessio

159 bis

Annus Christi 1231 D. Gregorii IX anno V.	Ordinis nostri 147 D. Jacobini Sen. X anno LIII	Domus Crisulti 22 D. Guglielmus Priorij VII anno III

nis infringere, vel ei ~~eso~~ ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Reatae XII Kalend. Februarii Pontificatus nostri anno quinto.

insuper generis aliud habemus indultum nobis a Romanis Consulibus concessum, per totam Terracinensem ditionem se extendens, quod quia juxta veterum simplicitatem sine die, indictione, vel anno legitur non absque dubio apponere ubi si non in tempore, in re saltem valeat convenire. Et sic habet: Petrus, et Benevenutus Dei gratia Romanorum Consules, et sacri Literanensis Palatii comites, dilectis suis Stephano Bonae de Milo, et Leone Crescentii Vicecomitibus Terracinensi Civitatis, ~~et~~ omnibusque aliis eorum loco existentibus vel succedentibus salutem et etmen. Cum per Redemptionem peccatorum nostrorum parentum et Consanguineorum, necnon amore, ac dilectione Venerabilis Patris Domni Stephani Dei gratia tituli S. Mariae in Transtiberim Praesbiteri Cardinalis, qui nos propter hoc devote requirit, Priori Ecclesiae S. Bartholomaei de Crisulti Cartusiensis Ordinis, et ejus fratribus, eorumque successoribus et passagium remittimus, et liberum et absolutum transitum per totam terram, et aquam Terracinensem concessimus nostri amoris, et gratiae Vobis, et successoribus vestris Firmiter praecipiendo mandamus, quatenus praefatos Priorem et fratres eorumque successores per veteram terram et aquam sine aliquo obstaculo, vel passagio cum omnibus rebus suis in eundo et redeundo liberum et absolutum transitum praebeatis, et si quis fuerit eos et res suas, juxta

Annus Christi 1231 Ordinis nostri 142 Annus Crisulti 27
D. Gregorii IX D. Jancellini Gis X D. Guillelmus Prioris VII
Ann. V Ann. LIII Ann. III

posse ab aliis defendatis habeantque ibidem liberam et absolutam ~~libertatem~~ potestatem emendi et vendendi sine aliqua contradictionem vel vexationem, vel aliquibus ~~suprad~~ictorum, scilicet Pedeatico, vel passagio, et etiam extrahendi. Et ut hec omnia concessio firma, et inconcussa semper maneat fecimus presentem cartam nostrorum sigillorum munimine roborari. Regum Indult cf. 25

Hoc etiam anno sexto idus Aprilis Domino Papae S. Petri nostri supplicarunt pro commutatione cujusdam ultime voluntatis Domini quondam Vandulfi Thesaurarii, superius anno 1229 cf. 4 recensitae in qua nonnullis praecepit reliquerat pecunias ad libitum illius temporis Pr. Pr. Prioris et Procuratoris in pios usus erogandus pro suffragio animae suae. Humiliter propterea postulantes, ut easdem pecunias ad ipsorum levandam inopiam, quippe quibus vix suppetebat necessaria, in propriis valerent usus convertere, eisque hoc pacto rescribere dignatus est.

Gregorius Episcopus, servus Servorum Dei: Dilectis filiis Prioris et conventui S. Bartholomaei de Crisulto Ordinis Cartusiensis salutem et Apostolicam Benedictionem. Cum, sicut accepimus, quondam P. Thesaurarius Cisterciensis quandam pecuniae summam per manus vestras in pios usus in testamento reliquerit expendendam, vos paupertatem vestram, et defectum temporalium quem patiemini attendentes, vobis auctoritate concedimus, ut solutis debitis, quibus tenebatur Thesaurarius memoratus, residuum ipsius pecuniae si quid fuerit, in usus proprios convertatis. Datum Laterani VI Idus Aprilis Pontificatus nostri Anno quinto. Diversorum cf. XVI

Annus Christi 1231 D. Gregorii IX ann: V.	Ordinis nostri 147 D. Jancellini Abb X ann: LIII	Domus Crisulti 27 D. Guglielmus Prioris VII ann. III

4 Emptiones hujus anni ascendunt ad valorem librarum tri-
ginta septem denariorum provenientium, et 20 solidorum Senatus
~~Collispardi et Alphab. XVII C.~~

8 In Crisulto nempe empta est Cerra pro 20 solidis Senatus
Collispardi et Alphab. XVIII C.

9 In Begano altera pro XII libris proven. Collisp. et Alph. B. X

10 Et duae in territorio Alatrino in Valle Jsanella pro viginti quin-
que libris denarior. proven. Alatri Alphab. XXI. C.

11 Insuper Fotibracha dedit in permutationem monasterio
terram in Begano et totum insuper ius, quod habebat in quo-
dam terram in Crisulto ad Caesam Aldici, pro quibus habuit Casa-
linum in Castro Collispardi et Alphab. Collisp. VI. C.

12 Ex transactione etiam inita inter Monasterium, et ~~Alphab~~
Nicolaum Lanfridi super quadam casalina posita in Castro Vici, quod 1
ad Monasterium spectare dicebatur, dedit D. Nicolaus Lanfridi
unum hortale cum arboribus, positum in loco dicto Vinale
quo contentus conventus noster renunciavit propterea omni
juri super D. Casalino sibi quomodolibet pertinenti. Vide et Alphab.
XIV litt. P 2

13 Nota qualiter in hoc transactionis Instrumento omnes Domus
nostrae VV. VVes supradictae transactionis assensum suum requisiti
praebuerunt, ex quo datum est nobis intelligi quam erronee existima- 3
verimus Claustrales Monachos in ejusmodi tractatibus vocem non
habuisse, ut superius in Dubium revocasse, anno nempe 1214 Cl. 53. 4
non sum oblitus. 5

14 Statum Domus plenum quoad Monachos habemus, quicquid sit
de fratribus; imo non amplius audita nomina ex dictae transactio- 6
ne cognovimus. 7

V. P. D. Guglielmus Prior anno ejus tertio

D. Guglielmus Vicarius
D. Riccardus Procurator
D. Andreas Procurator
D. Nicolaus
D. Ananias
D. Petrus
D. David
D. Gratianus
D. Joannes

} Monaci claustrales

Fratres et Laicos tres tantum dare possumus ex certa scientia. nempe.
Fr. Maximum
Fr. Petrum et
Fr. Nicolaum

Annus Christi 1232 D. Gregorii IX an. VI.	Ordinis nostri 148 D. Joancellini Ep. X an LIV	Domus Erisulti 28 D. Guilielmi Prioris VII ann. IV

Annus Nativitatis Dominicae ducentesimus trigesimus secundus supra Millesimum, Domus Erisulti vigesimus octavus, Indictione quinta. Multas habet Donorum acquisitiones factas pro praetio in totum librarum viginti septem et solidorum Denariorum provenientium trecentum triginta.

Et primo quindecim terrarum in Erisulto. Collisp. alphab. XV litt. tt. ell. ell. et alphab. XIII. l. ac alphab. XVIII P. et XVII R. Via alphab. XIII lit. O.

In eodem similiter Territorio Collisparde ad S. Dominicum unius vinae, et alterius partis unius Pir: Collisp. alphab. XV. ell.
Item in valle Cupa juxta flumen alterius terrae Collisp. alph. 2. B.
Plurium etiam portiunculorum a Diversis personis in Saligurgo ad flumen. Collisp. alphab. 2. et. B. et XI. et XVI. et XXIII et.
Itemque unius terrae in Corlio. Collisp. Alph. VI. G.
In territorio Vicano, unius terrae in Vicano unius vinae

Annus Christi 1232	Cæsaris nostri 148	Annus Ericulti 28
D. Gregorii IX	D. Iancellini Jhs X	D. Guglielmi Treviri VIII
ann. VI.	ann. LIV.	ann. IV.

in Cerum, et alterius terræ in Gorgozano. Vici Alfab. XVIII C.

8 In territorio vero Alatrino unius possessionis in Valle Iumella Alatri Alfab. XXI Litt. C.

9 Præter hæc insuper infrascripta bona cum aliis fuerunt permutata videlicet. Cum Ioanne Bartholomæi Petri permutaverunt Patres nostri unum palearium positum juxta viam, qua item ad Ecclesiam Sti Blasii cum arboribus ibidem stantibus, pro quibus acceperunt duas vineas in Vejano et terram in Ericulto. Collegio. Alfab. XVII.

10 Similiter Petrus, et Ito Fratres dederunt terram in Mattiano, alia in Aquelata in Valle Corsentii alteram in Vejano cum aliis terrarum portiunculis in castro Vici positis, pro quibus omnibus acceperunt terram in Casacurta. Vici Alfab. XIV Lit C.

Benefactores hujus anni

11 Berta Martilis donavit pro suffragio animæ ejus, et viri sui terram in Ericulto ad pratum. Vici Alfab. XIII C

12 Renaldus Roffridi donavit pariter unam de centum et viginti partibus quam habebat in Sabignano Collegio Alfab. 2 Litt. CC

13 Et Giorgia Bono hominis, cum Duke Objete sua domo dedit omne jus quod habebat in eodem loco Sabignano C. Alfab. 2. Lit A

14 Statum hujus anni eundem credimus qualem scripsimus anno superiori; sin autem attendenda sint hujus temporis testamenta, talem Dominus.

1 V. P. C. Guglielmus Treviri anno ejus quarto

2. V. P. C. Andreas Procurator 3. P. C. Ricardus Procurator, et Fr. Ioannes Monachus. — Fratres hi sunt. 1. Frater Iacobus 2. Fr Maximus, 3. Fr Nicolaus, 4 Fr Aymus 5 et Fr Petrus. Etsi plures Fratres in Domo extitisse non ambigimus, nullos alios præter hos invenimus, unde recurrendum erit quoad alios ad ea quæ inferioribus scripta, et inferioribus scribenda venient. In nullo enim a veritate, prout nihilominus fuit, recedere fas est

Annus Christi 1233	Ordinis nostri 149	Domus Erisulti 29
D. Gregorii IX	D. Iancellini Gli X	D. Guglielmus Prioris VII
anno VII	anno LV	anno V.

In nomine Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio descendit Domus Erisulti vigesimus nonus, Indictione sexta, quo (ut opinor non absurde) Fridericus secundus Romanorum Imperator, Siciliaeque Rex concessit huic V. Monasterio nostro facultatem libere animalia pascendi per totum Siciliae Regnum, necnon et plenam atque absolutam libertatem facultatem contrahendi, emendi, vendendi, atque extrahendi pro necessitatibus suis omnia quaecumque voluerit, prout melius, et latius in hujusmodi diplomate continetur, videlicet.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus, Jerusalem, et Siciliae Rex. Justitiariis, Camerariis, Bajulis, Castellanis, et universis officialibus per Regnum Siciliae constitutis, quibus praesentes litterae ostensae fuerint fidelibus suis gratiam suam, et bonam voluntatem. Constitutus in praesentia mea Venerabilis Prior Monasterii S. Bartholomaei de Erisulto Cartusiensis Ordinis devotus noster, celsitudini nostrae graviter conqueredo monstravit, quodcum concesserimus praefato Monasterio plenam libertatem, ut per totum dominium Regni nostri liceat praefato Priori, et fratribus, ac hominibus ipsius Monasterii libere habere platicaticum, et passagium de personis, et rebus earum, et ut libere vendant, et emant, introducant, et extrahant pro necessitatibus suis, sine aliqua datione, et aliquo jure, quod inde ad curiam nostram spectet. Et necnon concessimus, et confirmavimus ipsi Monasterio libera pascua pro animalibus suis, et necessitatibus, inhibentes, ut praed. Monasterium, Priores et fratres aut successores earum in personis vel rebus earum aliquis temere non praesumeret perturbare. Vos namque Datum nostrum, ultra quam licuit, angustantes in terris

Annus Christi 1233	Anni mundi 5189	Annus Indictionis 29
D. Gregorii IX	D. Innocentii filii X	D. Guillelmi Briçonis VII
anno VII	anno LV	anno V

quae post emissum mandatum ad nostrum dominium sint devolutae, non permittitis eos uti illa quam in praemissis indulsimus libertate. Cum igitur ipsum Briçonem, et fratres per nos velimus plene celsitudini nostrae, bono gaudere, fidelitati vestrae similiter praecipiendo mandamus quatinus ipsum Briçonem et fratres tam in terris quae tunc erant in dominio nostro, quam et eis, quae postmodum revocatae sunt, aut quae de cetero ad nostrum dominium devoluentur illa libertate, et immunitate permittatis uti pacifice ac quiete quae in celsitudinis nostrae privilegio nominato Elemosinario concesso expressus continentur. Datum Bari XXVI Januarii VI indictionis Regum Indicta Ch.° XII

6 Hoc etiam anno Alatrinus Syndicus et Consules, totius nominis populi Civitatis Solemni et penali stipulatione, ne Boni Elemosinarii ulterius damnum non inferre, neque illud perturbare, sive quomodocumque inquietare, sed omne damnum usque modo illatum et in futurum inferendum infra mensem a die extimationis ejusdem per fratres Conversos nostros faciendae, integre reficere promiserunt. Ubi non et ipsorum in omnibus Dubiis, et futuris quaestionibus, circa damnum illatum aut alterius ex locorum nostrorum usum, consuetudinem, possessionemque vel quasi versantibus, semetipsos paratos exhibuerunt obedire, et acquiescere in omnibus et per omnia his, quae super hoc declarabunt, seu deponent nonnulli Dictorum Conversorum nostrorum sub poena mille librarum, si secus facerent. Atque cum ipsius contractus exemplar in hunc tenorem.

In Nomine Sanctae atque Individuae Trinitatis Amen. Anno Nativitatis Dominicae M.CC.XXXIII. Syndi

Annus Christi 1233 | Cursus nostri 1149 | Annus Cursus 24
D. Gregorii IX | D. Innocentii PP X | D. Guillelmus Senij VII
Ann. VII | Ann. LV | Ann. V.

ctione VI tempore D. Gregorii Noni Papae mense Julii die penultima. Hac praesente die Mos Gregorius Andreae Petri de Anticulo, et Petrus Mancini Consules Platrini constituti coram VV. Patribus Domno I. Dei gratia titulo S. Mariae in Transtiberim Presbitero, Domno R. S. Angeli, et D. O. S. Nicolai in Carcere Tulliana Diacon. Cardinalibus bona, et spontanea voluntate promittimus tibi Priori S. Bartholomaei in Insulto, quod ipsam Ecclesiam S. Bartholomaei super possessionem domorum, terrarum, vinearum, et aliorum rerum sive bonorum ejusdem Ecclesiae non inquietabimus, vel turbabimus de facto, in quorum bonum possessione, vel quasi, seu consuetudine utendi eadem Ecclesia hodie est, vel inveniter secundum consuetu-
8. dinem qua homines illius territorii utuntur. Si vero de possessio-
ne, vel quasi, vel consuetudine utendi dubietas oriatur, promitti-
mus stare super hoc depositionibus aliquorum Conversorum ejusdem Ecclesiae, specialiter jurandorum, damna etiam quae aliqui
9 nostrum, vel civium nostrorum hactenus in possessionibus, vel bonis Ecclesiae praedictae dedit, vel si quis in futurum quocum-
que modo de facto inferre contingeret tibi Priori, et Ecclesiae tuae promittimus resarcire infra spatium unius mensis a tem-
pore declarati damni per Conversos ejusdem Ecclesiae vel si Patrini nollent has probationes recipere, quae in hoc in-
strumento continentur, nihilominus eadem probationes recipiantur, et teneantur ad satisfactionem damnorum secun-
10 dum quod in hoc instrumento continetur. Sta quod super damnis dubitatio oriatur volumus, et promittimus stare dicti aliquorum Conversorum ejusdem Ecclesiae per Priorem in virtute S. Obedientiae abinuntium. Haec autem tactis Sanctis Evangeliis observare juramus, et promittimus

Annus Christi 1233 | Ordinis nostri 149 | Domini Tribuli 29
D. Gregorii IX | D. Jancellini Sti X | D. Guillelmus Dei VII
ann. VII | ann. LV. | ann. V.

nomine nostro sub poena centum librarum vobis jam dictis cardinalibus exolvenda, quia hic ad octo dies proximos creabimus aliquem Senatorem qui omnia praedicta, et singula nomine universitatis et Latrinae jurabit rata habere, sub poena mille librarum Ecclesiae Romanae solvenda, et fideiussoriam cautionem praestabit in centum libris eidem Ecclesiae Romanae solvendis, quod damna data, et si quae dari contingerit in futurum, debeant emendare secundum quod supra est expressum; super quibus omnibus confici faciet publicum Instrumentum salvo jure Communitatis et Latrinae, vel singulorum experiendo ordine judiciario super ipsis personis coram Domino Papa vel alio judice competente, si viderint sibi competere jus in eis. Actum Anagniae coram et magistro Petro clerico D. Ottonis Cardinalis, Rinaldo clerico et notario Dni G. tituli Sanctorum Cosmae et Damiani. Jacobo Cursore Dni Papae. Fratre Bernardo ejusdem Ecclesiae S. Bartholomaei. Riccardo, et Andrea Gobolino militibus Latrinis ad hoc vocatis, et rogatis testibus.

Et ego Stephanus Imperii sacri scriniarius his interfui, et ut supra legi demandato praedictorum Cardinalium, de consensu partium in publicam formam redegi. Et stetit alphabetum XXI lit. E. et Alphab. E. J.

11. Die vero secunda mensis Augusti subsequentis Thomas ~~scriniarius~~ Scriniarius, Syndicus Civitatis et Latrinae sub poena mille librarum denariorum Senatus Romanae Ecclesiae ~~persolvenda~~ persolvenda ratificavit, juxta praefatam promissionem a memoratis consulibus factam, omnia in praeallegato instrumento contenta, promittens universitatis suae Latrinae nomine singula observare, et facere, quae iidem Consules convenerant, ut habetur in Instrumento

Annus Christi 1233 | Ordinis nostri 119 | Domus Crucis 29
D. Gregorii IX | D. Jacobus Ghi X | D. Guillelmus Prioris VII
anno VII | anno LV. | anno V.

signat. Litt. P. Alphab. Matr. XXIV

Praeter has tres hoc anno emptiones habemus, nempe:
Unam detriginta sex partibus Salignaci pro pretio quatuordecim solidorum denariorum provenientium. Collig. Alph. XXIII. O.
Item terram alteram in Cerelic. cis vallibus Guerragni pro XX solidis. D. Alph. Litt. C.
Atque insuper duas alias partes de septuagintadecimis Saligniaci. D. Alphab. 23. Litt. O.

Benefactores hujus anni

D. Rainaldus S. Laï Clericus, una cum omnes desiderii de Collyardo donaverunt totum jus, et actionem quod habebant in Saligniaco. Collig. Alph. XXII. Et.

Si stamus hujus anni emmumentis, status Domus talis est, quidquid sit de aliis.

V. P. D. Guillelmus Prior anno ejus quinto, et ultimo. cui successit D. Riccardus
V. P. D. Riccardus Procurator.
V. P. D. Guglielmus Curator.
Fr. Bernardus

Annus Christi 1234 Crucis nostri 130 Domus Crisulti 30
D. Gregorii IX D. Martini Pp XI D. Riccardi Prioris VIII
anni VIII anni I anni I.

1 In nomine Jesu Christi millesimum ducentesimum trigesimum quartum, Domus Crisulti trigesimum, Indictione septima, pauca expedimus, quia duas tantum exhibet bonorum emptiones; Unam minimam terram positam ad Campinam Lasse della riae Aldi vendidit Ioannes Simonis una cum Maria Ioannis Obulette, pro pretio septem solidorum provesinorum. Vide Archiab. III Litt. Y

2 Et alteram possessionem vendidit Vicus Cunti de Vico cum Crisulto ad Iohannem cum aliis duabus portiunculis terrarum in prede Castelli; et in Rocano pro pretio in totum trium solidorum Collyn. Archiab. 24 I.

3 Grimaldus etiam Leo dedit in permutationem Monasterio hortum ad S. Blasium cum arboribus, et Cisterna, cum facultate etiam accipiendi stillicidium predicte Cisterne e muro Palatii sui; item aliam terram ad S. Joannem, pro quibus accepit hortum alium sub una Portella Vetule in Monte Castri Vici; terram e Horre Ubi Landi; et terram ad Fossatum Valli Scorsosi. Archiab. Vici XV 2?

4 Stabat Domus sic expraedicti Instrumenti Depromebat D. D. Riccardus Prior, et anno ejus primo.

De caeteris Patribus exhibit.

1 Fr: Maximus
2 Fr. Petrus
3 Fr: Nicolaus
4 Fr. Jacobus, quibus non injuria addi potest Fr: Bernardus anno superiori nominatus

Annus Christi 1235 Ordinis nostri 151 Annus Urbani 31
D. Gregorii IX D. Martini Pp. XI D. Riccardi Regis VIII
ann. IX ann. II ann. II

Jesu Christi Dni Dei aeterni anno millesimo ducentesimo trigesimo quinto, Indictione octava. Collegardenses (ni fallor) ingrati, et Monasterio nostro, et Nobisque omnibus infensi cursum adversus bona nostra insurexisse legimus. Existimabamus profecto tot post commendatitias, et communitorias litteras, atque varia rescripta Pontificum, Judicum decreta, atque sententias, tantem aliquando acquiescere debuisse. Verum enim vero quo magis pacem ac quietem nostram omni studio ipsimet summi Pontifices, Episcopi; atque Provinciae Praesides, aliique inferiores judices tutari, ac defendere conantur, eo etiam magis illi insidias nobis parare non desinat, nosque varie perturbant, exagitant, et occupant. Haec omnia in praecedentibus dicta testantur, ibique praesertim ubi de hisdominibus D. Verulanum Episcopum D. Papae sic retulisse scriptum est anno 1224 m. 6. sub illis verbis; dicentes quod etiam si Sanctitas Vestra ei silvae ditum denegarent, nusquam dimitterent, quin ad ipsam accederent, et pro beneplacito fruerentur. Quid hoc audacius? Et comprobant latius mox exhibenda et magis magisque ex fastis lux meridiana clarius apparebit. Et ut ad rem propius accedamus, cum ea exordiri fert animus, unde hujus populi apprehendimus pertinaciam, quae ansam praebuerunt hujuscemodi exclamationi. Duarum epistolarum super hoc authenticum exemplum habemus, cujusdam Domini Jarulfi Domini Papae Cappellani; necnon et alterius Domini Doni Reatini; Campaniae maritimaeque Rectoris Collegardensi populo Directarum, et sic accipe.

Jarulfus familiaris Domini Papae Consulibus, et universo populo Collegardensium salutem, quia deceptus, dicti vestri

Annus Christi 1235 Domini nostri 151 Domus Eriulti 31
D. Gregorii IX D. Martini Pp. XI D. Riccardi Principis VIII
Ann. IX ann. II ann. II

feci vobis litteras, quas non debui contra mandatum Dñi Papae
super facto de Millere, vobis ipsas omnino ea inertas, et secundum
Bannum quod posuit D. Gregorius de Romania Campaniae et
Marittimae Comes praecipio ne quicquam novi faciatis in
praedicto loco. Hoc idem praecipio de loco qui dicitur Ezze ne
nihil novi ibi faciatis novalibus, aut quae ibidem fecistis
praecipio firmiter per bannum centum solidorum cuilibet
personae, quod de frugibus dictorum locorum nihil auferatis,
donec videatur per justitiam, scientes, quod expeditius a gra-
vamine negociis ad vos accedam quam cito potuerim.
Sequitur altera Gubernatori Campaniae in hunc tenorem.
3 Domus Reatinus Campaniae Marittimaeque Rector ho-
nibus Collisleopardi salutem, et dilectionem. Ut manus vestras
ad occupationes possessionum Monasterii S. Bartholomaei
de Eriulto extendere non tentetis, mandamus vobis pra-
sentium auctoritate firmiter praecipientes, quatenus ju-
xta mandatum Domini R. Ubaldi Episcopi Hostiensis, ac
Dñi Gregorii de Romania quondam Rectoris Campaniae
praedecessoris nostri, nec non et Dñi Jarulfi olim Abbatis
Sublacensis per ipsius litteras vobis factas, possessiones ejus-
dem Monasterii occupare, aut usurpare de caetero contra
justitiam nullatenus praesumatis. Si autem contra
feceritis in poenis et banno supradictis Dñi Vobis
imposito, noveritis vos mulctandos. Collig. Cod. X
Litt. R. Utraque jacet epistola
4 Equidem non ignoro, ex his factum monimentis
chi obscure, ac mutile et multa etiam in illis pra
suppori, quorum nihil apud nos. Et similiter an

Annus Christi 1235 Pontificis nostri 131 Imperii Friderici 31
D. Gregorii IX D. Martini Pp. XI D. Richardi Regis VIII
ann. IX ann. II ann. II

recensitus Elze locus idem sit consilio Eliae Cujus sapientiae abbatis
faciendae mentionem), et cum propterea de ipsa vetere, iterum iterumque
renovatae fuerint controversiae, quidque diu verteretur inter par-
tes super locum et litem indubium non est, quominus juxta animi me-
am sententiam existimem, lites fuisse potius super possessione, et usu-
fructu bonis positis in illis designatis locis, a Collegardensibus
demore violenter usurpatis et occupatis, ut aptius diserit poste-
rior praellegata epistola Dni Gubernatoris Campaniae. Hoc
unum tamen patens, hoc a Dno Papa D. Episcopo Ferentin.
atque Leoni subdiacono in judicio fuisse pro decisione remissa,
et ejusdem Pontificis astruunt literae hujus tenoris, videlicet,
Gregorius Episcopus, servus servorum Dei venerabili fratri Epo
Ferentinato et dilecto filio Magistro Leoni subdiacono
nostro. Priori S. Stephani et Latum. salutem, et apostolicam
benedictionem. Exparte dilectorum filiorum Prioris et Con-
ventus S. Bartholomaei de Trisulto Carthusiensis ordinis rece-
pimus, continentem quod homines de Collegardo Abbatis-
nae Dioecesis super quibusdam possessionibus, et rebus aliis
ad eorum Monasterium pertinentibus. Ideoque discretio-
ni Vestrae per Apca scripta mandamus, quatenus partibus
vocatis, auditis causam, et appellatione remota
fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis per
censuram Ecclesiasticam firmiter observari: proviso ne
in universitatem de Collegardo excommunicationis vel
Interdicti sententiam perferatis, nisi super hoc mandatum
a nobis recepiatis speciale. Testes autem, qui fuerint
nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint
per censuram eandem, appellatione cessante, cogatis

ad haec quae scripta sunt anno 1247 et seq.

Annus Christi 1235 Ordinis nostri 131 Annus Crispulti 31
D. Gregorii IX D. Martini Gli XI D. Riccardi Friri VIII
ann. IX ann. II ann. II.

veritati testimonium perhibere. Datum Perusii x Kal. Septemb. Pontificatus nostri anno nono. Miscellanea. Lo 76.

8 Hoc eodem tempore Castellanus de Jumone, de mandato papae restituit cum fructibus percepti quartam partem Molendini et misit in realem et actualem possessionem ejusdem quartae partis dicti molendini positi in territorio Viae; fratem Nicolaum conversum nostrum nomine Monasterii ut apparet per acta Joannis Notarii Lib. Obsequ. f. 172.
Item

Qui mancano varii fascicoli cioè dal 1235 al 1246.

Annus Christi 1248 Ordinis nostri 164 Annus Crisulti 44.
D. Innocentii IV D. Hugonis Sti XII D. Guglielmi Treviri X
anno VI. anno VII anno VI.

quod est positum infra terminos praefatae additionis, aut aliis Monasteriis praejudicium generetur quoad habita, et habenda edificia construenda, et laboreria exercenda. In cujus rei testimonium et memoriam in posterum habendam praesenti scripto nostrum fecimus apponi sigillum. Datum apud Signiam Pontif. D. Innoc. papae IV anno VI. Sexto Idus octobris. Immunitas Eccae alphab. 2 J. quam etiam declarationis, et extensionis terminorum nostrorum paginam paulo post suo diplomate D. Papa confirmavit hoc pacto.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei: Dilectis filiis Priori, et Conventui S. Bartholomaei de Crisulto Cartusiensis Ordinis Ebatrinae Diocesis salutem, et Apostolicam benedictionem. Deo placens, et hominibus grata Religionis vestrae promeretur honestas, ut Ordinis vestri profectibus gratiosius intendamus; sed ad Monasterium vestrum teneamur specialis dilectionis affectum dirigere, et illud prosequi favore, ac munere gratioso, cum sit in B. Petri Patrimonio constitutum. Sane lecta coram nobis vestra petitio continebat, quod dilectus filius noster Stephanus tituli S. Chrisogoni Transtiberim Presbiter Cardinalis juxta directi ad ipsum mandati nostri tenorem d. Monasterii utilitate inspecta, et diligenti deliberatione praehabita ampliandi terminos ejusdem Monasterii in quibusdam possessionibus sibi contiguis usque ad certa loca, Ordinis Cartusiensis statuto non obstante contrario, sine quorumdam locorum Religiosorum praejudicio vobis auctoritate nostra concessit liberam facultatem, prout in ejusdem inde confecta exinde jlenius, et expressius continetur. Vos igitur de

Annus Christi 248 Ordinis nostri 164 Domnus Trisulti 64
D. Innocentii IV D. Hugonis Eli XII D. Guglielmi Sirici X
ann. VI ann. VII an. VI

votioni Vestrae supplicationibus benigne annuentes, et provisam concessionem hujusmodi ratam habentes, et gratam, ipsam auctoritate Apostolica confirmamus, et praesenti scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Vestrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Lugduni X Kal. Martii. Anno 6. Pontificatus Nostri 6. 2. 7

8 Deinde solemnis stipulatione, per Summum pariter Pontificem approbata, se obligarunt Abb. hujus temporis Vestres atque promiserunt plane novam terminorum Constitutionem nullum intellig. debere illatum, aut inferendam gravamen, ac praejudicium Monasterii S. Sebastiani de Alatro et Casemarii, aliisque quibuslibet Monasteriis, quae infra terminos praefatae additionis, vel nunc possident, aut in futurum acquirere, aedificare ac possidere poterunt, non obstante praefata terminorum extensione. Quinimo quatenus in posterum impedire conarentur memorata Monasteria, quominus infra terminos non habere possessiones, aedificia, seu de novo acquirerent, possiderent, aedificarent, colerent, plantarent, et fructus ex eis perciperent, et super haec aliaque ejusmodi litem aliquam vel quaestionem moverent contra hanc promissionem venendo, voluerint teneri ad solutionem centum marcarum boni argenti totties quoties contrafacerent, et praememoratae promissioni retrocederent, et ita obligi

Annus Christi 1248 | Ordinis nostri 164 | Domus Crisulti 44
D. Innocentii IV | D. Hugonis Gly XII | D. Guglielmi Prioris X
Ann. VI. | Ann. VII | Ann. VI.

runt semetipsos, et in futurum successores renuntiantes propterea omnibus juris, et facti exceptionibus sibi quomodolibet competentibus aut competituris. Si quis autem ex suo fonte hujus stipulationis acta haurire voluerit requirat capsulam Bullarum Summorum Pontificum Nº 45; ibi enim inveniet quidquid super hoc exoptare voluerit.

Caeterum per pulchra ex hinc descendunt peculiari observatione digna, nulla ratione silentio obruenda; percontari enim libet, et quid tam accurate usque ab initio fuerunt domus nostrae certi designati Termini, variis Summorum Pontificum privilegiis illustrati; ut videre est ad annum 1211. Cl. V. et segg. et ann. 1227 Cl. 6. et segg.; et mox rursum iidem praetaxati limites amplientur et extendantur?

Item quare horum observantia terminorum, neque quoad ambitum, neque quoad privilegia, hac nostra vigeat tempestate?

Et iterum quale quaeso! Statutum nostrum, et quare extra statutos terminos olim possessiones vetabat acquirere? Quibus sic breviter calamo satis facere studuimus.

Terminorum horum ab antiquis sanctis nostris patribus praescripta, et congrua quaedam singulis ordinis nostri domibus, ipsasmet undequaque circumferens desiderabatur dimensio, intra quos limites una simul, ubique cohaerentes, vel saltem non ultra protendentes possessiones existerent, easque ejusmodi bona manerent quae pro tot tolius victu, atque sustentatione familiae cuncta facile posse suppeditarent pro posse necessaria, absque eo quod hujus rei gratia huc illuc personis ordinis seu solitarie vitae cul-

Anno Christi 1225 Ordinis obitus 168 Domus Bruselli 44
D. Innocentii IV Q. Hugonis Gly XII O. Guglielmus Prioris X
anno VI. anno XII. anno VI.

vagandi praeberetur occasio cui potissimum vel
toribus ~~hujus vel gratia loca~~ ~~illius possessio~~ ~~accessus~~ ejusdem
Instituti nostri ratio aborrere videbatur, eoindeque ad
ampliora habendi cupiditatem radicibus enervandam, quic-
quid se se offerebat ultro intra terminorum ambitus fas
erat, extra nefas detinere, vel acquirere, ea quae habentur
in B. O. Guigonis Consuetudinibus, quae nunc Statuta
Ordinis usitatius vocantur; cap. 41. Cl. p.o in his verbis:
Cupiditatis occasiones nobis et posteris nostris, quantum
Deo iuvante possumus, praecidentes, praesenti scripti
sanctione statuimus, quatenus loc. hujus habitatores extra
suae terminos Eremi; non Ecclesias, non coemeteria, non
oblationes, non decimas et quaecumque hujusmodi.
Hactenus ibi.

13. At crescente interea, nescio an magis acquirendi necessitate, vel libidine, sensim etiam et crevere termini, adeo ut nullis imprecentiarum limitibus inclusa sed hinc et inde jugeres Ecclesiae, et Manora, pascua, possessiones, et bona, vel piis fidelium oblationibus donata, vel propriis comparata pecuniis longo lateque possideamus. Unde hanc priorum etiam terminorum quoad eorum nimium Immunitates, ac privilegia, a summis Pontificibus elargita, observantiam antiquatam penitus fuisse, non ambigimus, prout locubrata dixerit Moderna R. P. Innocentius Le Masson Majoris Cartusiae Prior in Ordinis nostri Annalibus, de terminis ejusdem Majoris Cartusiae agens Tom. p.o lib. p.o in Appendice ad Consuetudines B. P. Guigonis superius recensitas, quo loc. lectorem remitto, ut ultima si quan-

Annus Christi 1245 — Ordinis nostri 164 — Domus Ord. 44
D. Innocentii IV — D. Hugonis Fly XII — Sigebertus O. X
anno. VI — anno. VII — anno. VI

habet penitus expellat.

14. Ornullas praeterea hoc anno emptiones habemus, horum nempe insfrascriptorum bonorum, pro pretio vi libr. solidorum quinquaginta novem cum dimidio denariorum provenientium.

15. In territorio Collisyard. unius terrae in Mark pro septem solidis. Diversor. N° 48

16. Quator in Crisulto, videlicet ad Casbaneg. ad aquam latam. In pratis. et iuxta Vicinam Monasterii Collisyo. et Alphab.° XIV lit L – 18 h. C.

17 In territorio Vicano prope Ecclesiam S. Blasii hortorum. Duorum. Vic. alphab. XIII lit. H – XVIII C.

18 Insuper ? Comparelli pro exoneratione sua conscientiae volens summ purgare peccatum restituit Monasterio terram positam in Terra Nebula territorio Vicano Vici alphab. ✱ VIII lit X

19 Et Maria Petri Crud. dedit in permutationem campum sub Ecclesia S. Blasii, et hortum cum arboribus sub via Pesclo pro quibus accepit a Monasterio Campum alium in Valleyolo cum illa parte olivarum quam habebat Ecclesia nostra pro indiviso una cum Maria Bella. Dicta lit. X.

Benefactores huius anni

20 Maria Banca tes donavit terras in Crisulto positas ad fontem de Vebeca, in Sagis; et ad Rechum mari Rossi Collisp. alphab XVII lit F.

21 Rogerius domini Gerard. filius mile et latrinus donavit etiam fructus sexaginalis positi ad Sorbum

S. Nicolai ejusdem civitatis, quas sibi vita sua durante reser-
vasse scripsimus supra ad annum 1244. n. 22., ubi de donatio-
ne hujus feraginalis mentio facta est. Mabr. Vglebab. XX
litt. S.

22 Mantilius Donadei et Nicolaus filius ejus, cum ceteris aliis
consortibus donaverunt partes, quas habebant in horto
sub Ecclesia S. Blasii posito. Vici et Vglebab. XIIII.

23 Nicolaus prædi ejusdem Mantilii filius dedit omnia bona
sua præter casapinam positam in pede alveti, quam
sibi liberam reservavit Vici Vglebab. 15 S.

24 Ilio Ranerii dimisit partem suam cujusdam horti positi
super Ecclesiam S. Blasii de Vico. Vici vglebab. XIII litt H

25 Magister Alexander de Guarcino Dni Papæ Cappellanus
9 omnes dedit terras positas ad vadum de pascuo, seu ca-
len primatterium in territorio Mabrini, juxta alias terras
quas prius Monasterio donaverat prout dictum est
supra ad annum 1246 Mbr. II. 12. 13. eodem vinculo et
26 conditione de quibus ibidem scriptum est. quod minimum
earum fructus expendantur in usu infirmorum monacho-
rum et Conversorum, et residuum deveniat ad Cellarium
pro victu Conventus, atque insuper Anniversario mortis
suæ singulis detur bona portantia. Guarcino vglebab.
1. litt. J. Mabr. vglebab. 2. litt. J.

Status Domus quoad habitantium numerum talis est.

1 V.S.P. Gulielmus decimus Vicæ anno ejus sexto;
2 " D Ricardus
3 " D Gulielmus de Ebebi
4 " D. Joannes de Mabr.
5 " D Andreas de Guarcino
6 " D. Gratianus
7 " D. Petrus Iuliani
8 " D. Gulielmus de Montemilano
9 " D Petrus de Monte etgi et
10 " D. Conversanus

Fratres conversi sunt hi, videlicet
1 Fr. Nicolaus Donadei de vico
2 " Nicolaus Sibi
3 " Petrus Mancinus
4 " Rogerius de Calamdra
5 " Nicolaus Leonis, | 10 Joannes Bononius
6 " Grimaldus | 11 Amatus
7 " Gerardus | 12 Gregorius et
8 " Beraldus | 13 Rogerius de vico
9 " Leo

Annus Christi 1246 Ordinis nostri 162 Domus Crisulti 12
D. Innocentii IV D. Hugonis Gli XII D. Guillelmi Priori X
Ann. IV Ann. V. Ann. IV.

supplicationibus inclinati, discretioni tuae per tuas tenore committimus, ut praefatis Priori, et Conventui ampliandi terminos hujusmodi, Statutis praedictis nequaquam obstantibus, sicut expedire videris concedas auctoritate nostra liberam facultatem. Datum Lugduni VI Idus etc. Pontificatus nostri anno quarto. Immunitas Ecclesiastica Alphab. primo O

6. Desunt et hoc anno nonnullorum bonorum emptiones, in his locis videlicet, In Crisulto Terram unam vendidit Joannes Petri de Paula, in loco ubi dicitur le Grate fendat. una cum medietate alterius terrae, cum arboribus positae ad S. Silvestrum, pro pretio septem et decem solidorum proven. Alph. 12. Coll. 2

7. Item ibidem decimam partem unius terrae vendidit alter, pro pretio trium solidorum proven. Vic. Alph. XII 2.

8. In Territorio Vicano Joannes Petrinulfi vendidit una cum Amatucio Joannis, et Sassa sorore sua duas ex quinque partibus unius terrae, et arborum in Nigiano pro pretio quatuordecim solidorum denariorum proven. Vic. Alphab. XII litt. V.

9. Et similiter ibidem Cancredus Rector Ecclesiae S. Angeli, de consensu Abbatis S. Erasmi, et Capituli, vendidit duas terras cum oliis, quarum una posita est juxta terram Sancti Pauli de Latro, et alia juxta terram S. Martini. Vic. Alph. XX 5

10. Insuper in permutationem dedit Monasterio Bartholomeus Ronaldi Casalinum quoddam positum de Castro Vici, pro quo accepit Canapinam cum arboribus in valle Sanjani. Vic. Alph. XII 2.

11. Benefactores hujus anni

Magister Alexander de Guarcino Dni Papae Cappellanus donavit Monasterio Casas ad vadum de Pesco in Territorio

Annus Christi 1246 | Cursus nostri 162 | Dominus Crisulti 42
D. Innocentii IV | D. Hugonis Gis XII | D. Guillelmi Priori X
Ann. IV | Ann. V. | Ann. IV.

alatrino, cum loco apto ibidem ad faciendum Molendinum, et omnibus utilitatibus, et pertinentiis suis, quae nunc sunt, et in futurum fient, hac tamen adiecta conditione, quod dicta loca nullo tempore Monasterio liceat vendere, permutare, aut defendere, vel aliquo modo alienare, et si contra fecerint deveniant ipso facto ad Ecclesiam S. ~~Lucae~~ Lucae, quae etiam si hoc pactum observare noluerit ipsae omnes
13 possessiones integre perveniant ad Monasterium Casemarii: Obtinuit insuper atque praecepit praed. Dominus Alexander donator, tertiam horum bonorum partem fructum expendi in usu infirmorum fratrum, tam Monachorum, quam Conversorum, residuum vero pro victu Monachorum, dummodo in anniversario mortis suae detur bona quantitas singulis annuatim Monachis et fratribus Conversis. Matri Capitulo S. R.

14 Joannes Donadei donavit terram in Carbonario super Crisultum territorio Collisyardi Vici Capitul. XIII S

15 Joannes Bos filius Joannis Attioli de Ferentino dimisit omnia bona sua quae habebat in territorio Castri Vic: Vici Capitul XII S

16 Gerardus Sciri donavit dies tres, totidemque noctes in Mola Agnatula, retento sibi fructu, sua vita durante, dummodo annuatim Monasterio solvat unum quartarium grani: Si tamen Filius, vel filia ex legitimo susciperet Matrimonio voluit hanc Donationem fore nullam, et invalidam, ac in totum cessare D.: Vici Capitul. XX Lit X

17 Joannes Bos Civis Alatrinus, et Bona ejus Filia obtulerunt semetipsos, et omnia bona sua huic Ven. Monasterio in manus V. S. D. Guillelmi Priori, retento sibi; quousque vixerint eorum usum fructu, hoc etiam adiecto vinculo, ut annuatim Monasterium dare teneatur praed. Joanni Gunnellam unam

Annus Christi 1246 | Ordinis nostri 162 | Domus Erisulti 42
p.m. iuxta Territorium Frusinonis, iuxta collem S. Leonardi, iuxta fontem ejusdem, sicut vadit fossatum recte, et iuxta Currim olim Vecchi Malavolte, iuxta fontem Vecchusco +, iuxta fossatum, unde fluit aqua dicti fontis, iuxta fossatum, et rem Jacobi Belli hominis de Frusinone exeundo sicut vadit cursus aquae recte ad fontem S. Petri, iuxta rem Reg.di Nicolutij de Frusinone, iuxta rem heredum Joannis Dni Nicolai de Ferentino iuxta Fontem Belli; iuxta muros Sanctae Luciae recte cum certa parte Montisfracinii, exeundo ad limitem de Meta, iuxta rem Duae Annae Reg.di D. Petri exeundo recte ad rem Colae Baronis, et Honae Jabombi de Alatro, et Fossatum eo stratum, ac Barram Vecchenae, confinando cum Cola Alto de Alatro +. Vecchenae Alphab: 4 litt. S. et nº 24; et Alphab. 6. G pag. 24.

+ alia lectio habet: iuxta fontem Vecchiusca

+ Deinde sequitur descriptio fontium Camerae quae habebat in hoc Territorio. Infra suo optimo loco exhibenda.

Non aveva Vecchiena legge, e costituzione particolare mentre fu soggetta alli Alatrini ma regolavasi secondo gli Statuti di d.a Città, a cui era subordinata; E confiscata che fu dalla S. Chiesa, volendo il Sommo Pontefice lasciarla nel suo essere distinta e separata dai Territorii circonvicini di Alatri e Ferentino, e Frosinone, ancorche avesse potuto ad ognuno di quelli con facilità unirla, ed incorporarla, restando

altresì priva, a causa della dismembrazione suddetta dal suo Capo, di proprio Statuto, e legge municipale, fu duopo, acciò non vivessero quei Cittadini Ecclesienesi a capriccio, et sine lege, regolare l'asse politico di quelli uomini, e territorio con speciale ed adequate Constituzioni; quindi regnando nella Sede di Pietro il Sommo Pontifice Gregorio XI nell'anno del S.ig.re 1371; per pigliare adequato provedimento a tal inordinanza di vivere, mancando nella terra persone atte a tal impresa, furono dal Castellano, ed uomini di Ecclesiena specialmente elletti, e Deputati Statuarii Gio: Jacobelli, e Eutio di Nicolò Gualtieri di Alatri, i quali accintisi a tal opera con l'autorità del Rettore di Campagna, che allora era il R.D. Daniele dei Marchesi di Canedo, fecero le seguenti constituzioni, e Statuti, da osservarsi inviolabilmente da tutti gli abitanti in Ecclesiena, ed ivi delinquenti determinando, e tassando le pene a delitti, e danni dati, ed opportunamente provedendo a tutto quello, stimarono conveniente, e necessario, come più ampiamente si legge, ed appare nell'infrascritti Statuti, nei quali fra le altre cose speciali fu data la facoltà al castellano di Ecclesiena di potere esercitare giurisdizione e procedere in rito dentro la Città di Alatri contro i delinquenti e danneggianti nel Territorio di Ecclesiena e furono successivamente confermati detti Statu

tu da altri Rettori susseguenti come si vede in calce de medesimi; si che gli Abatini nel territorio confiscato gli solo ritenendo di Beneficio che per commodo, e onore loro si conservò l'esercizio della giurisdizione entro la loro Città, il che poi si è osservato, e praticato inviolabilmente tanto da tutti gli ~~affittuarii~~ affittabarii della R. Camera in quel tempo, che ritenne appresso di se Zecchiera, quanto da quelli che la vendè al Monastero, e fino ai nostri tempi come si dirà a suo luogo più sotto.

Ed ecco gli Statuti suddetti di Zecchiera.

In Nomine Dni Amen. Ad laudem, et reverentiam omnipotentis Dei, et Virg. Glorios. ejus Matris, et omnium Sanctorum, et Sanctarum Ejusdem, et ad laudem et Magnificentiam Sanctiss. Patris, et DD. N. Gregorii XI, ejusque S. Collegii Sanctae Romanae Ecclesiae et Mag. et Egregii militis D. Fratris Danielis ex Marchionibus de Carretto Ciprj, Januaeque Praecepto ris Provinciarum Campaniae, et Maritimae pro praed. nro PP. et S.R.C. Gli Rectoris, et bonum Officialium, eorumque in Officio imposterum Successo rum. Infrascripta sunt Statuta, et ordinamenta hom nium et Curiae Castri Turris Zecchienae, et hab tantium, regentium et delinquentium in d.o Castro et ejus Territorio edita, et composita, et ordinata per prudentes viros Joannem Jacobelli, et

Cutium Nicolai Qualterii de Altaro Statutarios deputatos per Castellanum et homines dicti Castri Cecchenae.

De poena receptantium exbanditos

1. In primis statuimus ed ordinamus, quod quicunque per suae temeritatis audaciam receptaverit aliquem exbanditum Turris Cecchenae, aut eidem "scienter praestiterit auxilium vel favorem, puniatur ea poena, qua eidem exbanditus condemnatus est, ratione sui exbannimenti.

De poena Percutientium cum armis, et sine.

2. Item statuimus, et ordinamus, quod si quis percusserit aliquem cum armis a collo sup.ri cum sanguinis effusione in XXV libris denariorum condemnetur; a collo seu in collo cum sanguinis effusione in X lib. denar. condemnetur pro qualibet percussione a collo vero sup.ri cum sanguine, in centum lib. puniatur. et collo infra sine sanguine in lib. L puniatur. Si quis percusserit aliquem cum alapa pugillo aut alter.a cum manu vacua in facie, et capitte sine sanguine in XL lib. puniatur, et si cum sanguine in dupl. Alibi vero in quacumque parte corporis cum san-

guine, aut sine, in xx. libr. puniatur pro qualibet percussione. Et quicumque aliquem percusserit cum bastone vel ramato cum sanguine in centum libr. puniatur, et si sine in L libr. condemnetur pro percussione qualibet in quolibet casuum praedictorum et in omnibus praedictis casibus solvatur tantumdem injuriatae personae pro satisfactione injuriae. Et praedicta erga minores x. annor. non vindicent sibi locum qui ratione suorum delictorum ad poenam nullatenus teneantur.

De poena accipientis per vim rem alienam.

3° Item statuimus et ordinamus quod si quis per vim alicui rem mobilem acceperit, aut depredatus fuerit in Campo, et Territorio Cecchinae in 100 libr. puniatur si res ablata fuerit valoris 10 libr. et ultra usque ad 40 libr., et si fuerit valoris ultra lib. 40 in 10 lib. denariorum puniatur, et si minus valuerit lib. 10 puniatur in lib. 20, et in quolibet casu parti lesae tantumdem solvere teneatur, et ablata restituat parti lesae.

De poena scassantis domum alienam.

4° Item statuimus et ordinamus, quod si quis scas-

saverit domum alienam in Territorio et Campo Ecclesiae, et furtum commiserit in eadem in 100 lib. puniatur, et parti lesae tantundem. Si quis vero domum alienam aperuerit, et in ea bestias immiserit, vel non immiserit, in lib. 40 puniatur. Si per Dominum Domus extiterit accusatus, alias non teneatur ad poenam, et si exinde oratum jugum aut alia arogania acceperit inde, ultras poenas praescriptas poenam 10 lib. incurrat.

De poena exfortiantis aliquam mulierem

5° Item Statuimus et ordinamus, quod quicumque exforzaverit aliquam mulierem bonae famae nuptam, aut virginem eamque carnaliter cognoscendo, in campo et territorio Ecclesiae in 100 lib. den. puniatur, et tantundem parti injuriatae pro satisfactione injuriae solvere teneatur, si vero fuerit malae famae in lib. 5 puniatur.

De poena blasphemantis Deum et Sanctos

6° Item statuimus et ordinamus, quod si quis blasphemaverit, et maledixerit Deo vel Virgini Mariae in lib. 40 puniatur. Si vero aliquem de aliis Sanctis

in 20 lib. puniatur, et credatur de iis quilibet accusato ri cum juramento et uno teste fide digno, et habeat 3am partem pecuniae.

De poena turbantis aliquem in possessione

7° Item statuimus et ordinamus, quod nullus turbet vel molestet aliquem in possessione alicujus possessionis de poenam 10 lib. den; et restituat rem turbatam spoliatam, si fuerit per spoliatum accusatus, aliter ad poenam nullatenus teneatur; si quis vero deguerpiverit, seu occupaverit viam publicam puniatur in 20 lib. in omnibus praedictis casibus tantum dem solvat parti lesae.

De poena dicentis alicui verba iniuriosa.

8° Item statuimus et ordinamus, quod si quis dixerit alicui in Campo et Territorio Castri praedicti verba iniuriosa, scilicet Renalys homicidiario, latrone, derubbatore, Cane, puttana (1) etc. aut aliud verbum iniuriosum, contumeliosum, puniatur in 20 lib., et tantundem parti; nisi fecerint pacem infra terminum trium dierum a die dictae iniuriae, quia tunc in aliquo non puniatur.

(1) te ne menti per li denti

De poena accipientis aliquam arogagnam de area

9 Item statuimus et ordinamus, quod si quis abstulerit de area alicui aliquam arogagniam laborantis sine scientia Dñi puniatur in 10 lib., et tantumdem parti, et ipsam arogagniam restituat Dño, et sic dicimus, si acciperetur de alio loco excepto de aliqua domo.

De poena comburentis aliquam rem alicujus

10° Item Stat. et ordin. quod si quis combuserit aliquam rem alienam, si damnum dederit puniatur in 20 lib. den. et tantumdem parti, et damnum emendet patienti, et de nocte poena duplicetur.

De poena Patroni verberantis famulum ipsius

11° Item Stat. et ord. quod nullus Patronus possit, nec debeat percutere aliquem famulum cum manu ad poenam 10 lib., e si cum baculo, et sanguinis effusione in 20 lib., et tantumdem parti, et si fecerit pacem cum iniuriato infra spatium trium dierum a die delicti commissi incipien., quod accusatus non teneatur ad poenam, et Castellanus de praedictis ex officio suo procedere non possit, nisi per viam accusationis facta

per dictum iniuriatum.

Quod Castellanus non possit imponere poenam alicui ultra V. libr. et non ultra

12° Item statuimus et ordinamus quod Castellanus possit imponere poenam ex officio suo 5 libr. tantum, et teneatur ac debeat dare copiam accusationis inquisitionis quilibet petenti pro qualitate pr den. 11 ad poenam 10 libr. et debeat observare statuta omnibus de Eccheona ad dictam poenam et quilibet possit habere recursum si contrafactum fuerit per dictum castellanum ad curiam Ecclesiae Romanae, et habeat tertiam partem poenae et teneatur dictus castellanus tempore sui finis officii resignare statuta massariis de Eccheona ad poenam 25 libr. den.

De poena bestiarum damnum dantium in terris postquam fuerint seminatae

13° Item statuimus et ordinamus quod quaecumque bestia baccina, equina, mulina, bufalina et asinina et eis similis damnum dederit in mensibus alienis postquam fuerint seminatae usque ad Kalendas mensis Martii Dominus seu Pastor ipsa

rum pro unaquaque in 20 denar. puniatur. De nocte in duplo; et a Kalendis mensis Martii in lib. 2 denar. dominus seu pastor ipsarum puniatur et de nocte in duplo. Si vero bestiae porcinae damnum dederint in messibus alienis postquam fuerint seminatae usque ad Kalendas mensis Martii Dominus seu Pastor pro unaquaque in 6 denar. puniatur et de nocte in duplo si fuerint usque ad 10 et a 10 supra habentur pro turma et dominus seu Pastor ipsarum pro turma in 5 lib. denar. puniatur et de nocte in duplo et Kalendis mensis martii supra solvat pro qualibet bestia praedictarum bestiarum porcin. denar. 12 si fuerint usque ad 10 et a 10 supra habeantur pro turma et Dominus seu Pastor ipsarum solvat 10 lib. et de nocte duplicetur. Si vero bestiae pecudine vel caprinae damnum dederint in messibus alienis postquam fuerint seminatae usque ad Kalendas mensis Martii Dominus seu Pastor ipsarum in 6 denar. puniatur pro unaquaque bestia si fuerint usque ad 10, et a 10 supra habeantur pro turma et Dominus seu Pastor ipsarum pro turma in 5 lib. puniatur et de nocte in duplo, post Kalendas Martii solvat duplum. Si vero dictae bestiae pecudine damnum dederint in bupinis quocunque tempore anni Dominus seu Pastor ipsarum pro unaquaque usque ad 10 in den. 12 puniatur et a 10 supra sit turma et tunc Dominus seu Pastor pro turma in

20 libr. puniatur et de nocte in dupl.

De bestiis damnum dantibus in pratis

14° Item statuimus et ordinamus quod si quecumque bestia baccina, mulina, caballina, et asinina damnum dederit in pratis orbenis a Kal. mensis februarii usque ad Kal. mensis Aprilis Dominus seu Pastor ipsarum pro qualibet in 6 denar. puniatur et a Kal. mensis Aprilis supra Dominus seu Pastor ipsarum pro unaquaque in 12 puniatur. Si vero bestiae pecudine caprinae porcinae et his similes damnum dederint in prato praedicto ante festum S. Mariae Candelarum Dominus seu Pastor ipsarum pro unaquaque a 10 infra in 6 denar. puniatur, et a 10 supra habeatur pro turma et Dominus seu pastor ipsarum pro turma in 5 libr. puniatur denar. Si vero antedictae bestiae a dicto festo S. Mariae Candelarum usque quo fuerint falciata prata damnum dederint in prato a 10 infra Dominus seu Pastor ipsarum pro qualibet in den. 12 puniatur a 10 supra habeatur pro turma et Dominus seu pastor ipsarum pro turma libr. 20 solvat de nocte pena duplicetur in praedictis.

De poena discutientis arborem bestiis

15° Item statuimus et ordinamus quod si quis discutierit arborem fructiferam bestiis solvat pro poena sua lib. v. et pro unaquaque bestia a 10 infra dominus seu pastor in 12 denar. puniatur et a 10 supra habeatur pro turma lib. 10 solvat et pro ipso totidem et de nocte poena duplicetur et damnum emendet et credatur accusatori cum juramento.

De poena damnum dantibus in fructibus alienis

16° Item statuimus et ordinamus quod si quis colligerit seu damnum dederit in fructibus seu bonis alienis solvat 5 denar. Si vero fuerit salmam de dicto fructibus in lib. 10 puniatur et de nocte in dupplo et damnum emendet et credatur accusatori cum juramento.

De incidente arborem fructiferam

17° Item statuimus et ordinamus quod si quis inciserit aliquam arborem fructiferam seu remundaverit puniatur in 10 lib. et damnum emendet et credatur accusatori cum juramento.

De bestiis intrantibus in monte Cechenae

18° Item statuimus et ordinamus quod quecumque bestia minuta intraverit in Monte Cechenae sicut vadum Dom. supra usque ad oliveta, dominus seu pastor ipsarum pro unaquaque a 10 infra puniatur in 6 den. a 10 vero supra habeatur pro turma et dominus seu pastor pro turma in 10 lib. puniatur et de nocte in duplo et damnum emendet nisi Febr. martii et Aprilis duntaxat except. et quod ipsis mensibus non liceat eis aliquo modo ire et qui iverit puniatur in uno solido pro unaquaque a 10 supra usque ad 20 lib. den.

De poena facientis tragettam per terram seminatam

19° Item statuimus quod quecumque persona vel bestia fecerit tragettam super seminatam per menses ubi eram postquam essent seminatae in 6 den. puniatur et credatur accusatori cum juramento

Quod liceat quilibet habenti bestias grossas mictere in Silva Cechenae

20° Item statuimus quod liceat cuicumque laboranti

in territorio Cecchenae mittere bestias suas grossas in silva omni tempore sine poena nisi a festo S. Ulariae de mense Septembris usque ad festum S. Andreae et qui contra fecerit in 12 denar. pro qualibet bestia puniatur et de nocte in dupl.

De poena incidentis arborem carpini vel ligna mortua.

21. Item statuimus quod si quis inciserit in silva arborem Carpini vel ligna mortua vel sicca in 5 lib. puniatur. S. vero arborem farnae vel cerri in 10 lib. puniatur et de nocte poena duplicetur et credatur accusatori cum juramento.

Quod liceat cuilibet edificare comeatam vel domum in Territorio Cechenae et facere lignamina in silva pro ipsis.

22. Item statuimus quod liceat cuilibet volenti edificare aliquam domum comeatam vel aliquod elevamentum in campo vel territorio Cechenae incidere lignamina pro dictis domibus seu terris in silva sine poena et banno prout est consuetum.

Quod Castellanus non possit accusare aliquem delinquentem in territorio Cecchenae sine praesentia unius testis fide digni

23. Item statuimus quod Castellano Cechenae praesenti et futuro

licear quemlibet delinquentem in territorio Ecclesiae accusare cum bestiis et sine et quos viderit et invenerit cui credatur cum praesentia tantum unius testis fide digni:

De facientibus transitum per silvam cum bestiis onerantis lignis

24. Item statuimus quod si quis transierit per silvam vel inventus fuerit per viam silvae cum bestiis oneratis lignorum et accusatus fuerit quia fecerit ligna in silva puniatur ut dictum est dicta silva incidente.

De poena scarpantis arcellam alienam

25. Item statuimus quod si quis acceperit seu abstulerit de stipulis alienis aliquam gregnam seu scarpaverit aliquam arcellam in 10 libr. puniatur et de nocte poena duplicatur et dammum emendet.

De poena accipientis alicui fenum vel paleas.

26. Item statuimus quod si quis acceperit seu faluiaverit herbam seu abstulerit fenum vel paleas alienas de quocumque loco sine licentia Domini puniatur in 10 libr. et dammum emendet et de nocte poena duplicatur cuilibet

credatur accusatori cum iuramento.

De bestiis euntibus per mageses infusas

24. Item statuimus quod nulla bestia minuta videlicet pecudina caprina vel porcina vadat vel ambulet per mageses infusas postquam fuerint ruptae infra terminum duorum dierum post pluviam sub poena 2 denar. pro bestia a 10 infra et a 10 supra habeatur pro turma iii 4. denar. puniatur.

De remictentibus Aream

28. Item statuimus quod nullus remictat aream alienam dum arcelle sunt in ea ad poenam 10 lib. nec et remotis arcellis sub poena praedicta sine licentia Domini areae et damnum emendet.

De poena laborantis diebus festivis

29. Item statuimus quod nulla persona laboret nec faciat aliquod opus servile in festis S. Mariae, et postolorum in festo omnium Sanctorum nec etiam in festo Beati Viti ad poenam 5 lib. et hoc non habeatur tempore messium et recollectionum erga illos qui dictas meses et recollectiones laboraverint.

Quod bestiae non possint ire per stipulas

30 Item statuimus quod nulla bestia pecudina caprina vel porcina possit ire nec debeat ambulare per stipulas usque ad festum S. Mariae de mense augusti ad poenam 12 denar. pro qualibet a 10 et infra et a 10 supra habeatur pro turma et dominus seu pastor puniatur pro turma in 10 libr. et de nocte poena duplicetur sed si esset arcella et de campo elevata quod in hujusmodi possint dictae bestiae ambulare.

De bestiis damnum dantibus in arcellis

31. Item statuimus quod quaecumque bestia baccina asinina et his simil. damnum dederint in gregnis vel arcellis puniatur in 12 denar. pro qualibet. Si vero bestiae pecudinae caprinae vel porcinae damnum dederint in dictis gregnis vel arcellis quod dominus vel pastor ipsarum puniatur pro qualibet in 12 denar. a 10 infra et a 10 supra habeatur pro turma et dominus seu pastor ipsarum pro turma in 10 libr. puniatur et de nocte poena duplicetur.

Quod quilibet possit dare licentiam de re sua.

32 Item statuimus quod quilibet possit dare licentiam de rebus et fructibus suis prout voluit et quilibet

possit colligere de fructibus alienis praesente Domino et non prohibente sine poena et banno de qua licentia stetur juramento Domini rei:

Quod quilibet teneatur facere hortum

33. Item statuimus quod quilibet habens domum coopertam in Cechena teneatur facere hortum de tribus centenariis plantarum ad minus in Cechena omni Domino huic ad Kal. Maii ad poenam 5 lib., et possit quilibet facere ligna per stirparia inculta sine poena et banno.

Quod accusatores debeant habere tertiam partem

34. Item statuimus quod quicunque accusaverit in damnj datij habeat tertiam partem poenae et ejus accusatio credatur cum juramento et idem dicimus de domino loci et aliam partem tertiam recipiat curia et accusatus ad emendam damnumque teneatur secundum taxationem Domini rei cum juramento tantum usque ad XX lib.

De habentibus possessiones in Monte Radicine usque ad vineam de Sancti

35 Item statuimus quod quilibet habens possessionem

a ponte montis Radicine usque ad vineam de Sancti sicut protenditur ad puteum et per circuitum montis et ejus vias publicas dicti territorii Cechenae teneatur incidere et scamborare fractas viarum per totum mensem maii ad poenam 5 lib. pro qualibet.

De bestiis porcinis facientibus zuzuram in fonte

36. Item statuimus quod nulla bestia porcina faciat zuzuram in aliquo fonte ad poenam 12 denar. pro qualibet a 10 infra et a 10 supra habeatur pro turma et Dominus seu pastor ipsarum pro turma puniatur in lib. 10.

De bestiis euntibus subtus arbores fructiferas

37. Item statuimus quod nulla bestia minuta possit ire nec ambulare subtus arbores fructiferas dum sunt fructus in eis ad poenam 10 denar. pro qualibet a 10 infra et a 10 supra habeatur pro turma et Dominus seu pastor earum in 10 lib. puniatur videlicet dum cadunt et maturi ac facti sunt fructus arborum praedictarum. Si vero bestia baccina vel alia bestia grossa damnum dederit in eis in 12 denar. pro qualibet puniatur et de nocte in duplo.

De ludentibus ad taxillos.

38 Item statuimus quod nullus in dicto territorio ludat ad taxillorum ludum ad poenam 10 denar. pro qualibet et de nocte in dupplo et credatur accusatori cum juramento et habeat meditatem poenae et possit de praedictis inquiri per Castellanum.

De bestiis minutis errantibus per clusas

39. Item statuimus quod nulla bestia minuta possit ire aut ambulare per clusas vicinas a kal. mensis julii usque ad festum S. Mariae de mense septembris ad poenam 2 denar. pro qualibet bestia a 10 infra et a 10 supra habeatur pro turma et dominus seu pastor ejusdem puniatur in 5. lib. et dannum emendet et de nocte poena dupplicetur.

De poena accipientis alicui pignum

40. Item statuimus quod si quis abstulerit seu furatus fuerit letamen puniatur in lib. XI denar. et dannum emendet patienti cujus poenae medietas sit accusatoris.

De poena Gabbi

41 Item statuimus quod si quis promiserit alicui facere aliquod opus servile et non observaverit ut promisit

rit in 6 lib. puniatur cujus poenae medietas sit accusatoris.

De facientibus zuzuram in puteis et aliis schiphis Echenae

42. Item statuimus quod nullus faciat ypurcitiam seu zuzuram aliquam in puteis et scifis Echenae ad poenam 10 lib. cujus poenae medietas sit accusatoris.

Quod forenses non habentes domos coopertas in Echena non possint ibi mictere bestias ~ ~

43. Item statuimus et ordinamus quod nullus forensis videlicet non habens domum coopertam et preparatam in territorio Echenae possit bestias aliquas mictere et pascuare in territorio Echenae tam grossas quam minutas ad poenam 40 lib. pro qualibet turma bestiarum minutarum et lib. 10 pro qualibet bestia grossa hoc excepto duntaxat quod laborantes in dicto territorio possent immictere in dicto territorio et ibidem stare quando venerint ad laborandum ibidem cum quatuor bestiis baccinis Domus et una equina vel una asinina tantum et non ultra. Aliis vero diebus quando non steterint vel non venerint ad laborandum non possint pluquam bestiam in dicto territorio mictere aut retinere ad poenam arredictam.

2 quod quilibet habens bestias grossas teneatur remictere de nocte domibus

44. Item statuimus et ordinamus quod omnes habentes bestias grossas et porcinas teneantur ipsas per se et earum pastores remictere in domibus earum in Eschena vel in aliis domibus extra territorium de nocte et ibi retinere per totam noctem a Kalend. Aprilis usque ad XV mensis Julii tunc sequen. et si aliqua bestiarum praedictarum infra dictum tempus de nocte fuerit reperta in territorio Eschenae extra domos praedictas cogatur per Castellanum dominus ipsarum bestiarum unius vel plurimarum satisfacere omnia damna data in rebus segetibus et fructibus territorii Eschenae secundum aestimationem damni passi cum juramento facti et nihilominus in 2 lib. pro poena dominus pro qualibet bestia puniatur et pro summa porcor. a 10 supra in 20 lib. puniatur et a 10 infra pro qualibet bestia porcina in denar. 12 et credatur quilibet accusatori cum juramento et habeat tertiam partem poenae.

2 quod custodes et Castellanus pro poena possint ducere bestias forenses damnum dantes

45. Item statuimus quod Castellanus Eschenae et custodes ac homines deputati per castellanum et familiares ipsius Castellani cum bestias forenses invenerint

in territorio Cechenae et ~~castrum de hominum deputati~~ possint per se et eorum bestias pascere et damna dare in territorio Cechenae pro poena ex ipsis bestiis bestias ducere seum arrestare ac detinere ac eorum secures et cappas sine aliqua poena et damno donec de poena et damno satisfecerint cum effectu vel se legitime excusaverint.

Quod Castellanus possit facere executionem hominibus de Alatro damnum dantibus et delinquentibus in Cechena.

46. Item stat. quia Alatrini tamquam plus utentes et laborantes in territorio Cechenae plus delinquunt in territorio Cechenae aliis convicinis statuimus quod pro delictis et iustis poenis quas homines de Alatro incurrerint per se et eorum bestias in territorio Cechenae possit castellanus in Alatro et contra delinquentes in bonis et dominus executionem facere et aliis ut faciant eam committere pignora ab eis exigere et exigi facere pro poenis ut praemittitur ab eis exigendis et ut consuetum est in Alatro apud Claustrum S. Silvestri castellanus praedictus de Alatrinis curiam retinere et eis facere iustitiae complementum.

Quod Castellanus possit eligere duos homines de faciendum reparari fontes puteos et vias

47. Item statuimus quod castellanus Cechenae possit et

debeat eligere duos homines de Cechena ad faciendum reparari fontes puteos et vias deguastatas in dicto territorio qui possit nominare homines Cechanenses et eis praecipere et ad eorum mandatum et reparationem praedictam cadant quoties eis videbitur opportunum et habeant potestatem penam pecuniariam imponendi et ab eis exigendi prout eis videbitur expedire.

Quod omni anno in festo omnium Sanctorum fiant quatuor Custodes

48. Item statuimus et ordinamus quod omni anno in festo omnium Sanctorum fiant quatuor custodes de hominibus Cechenae per ellettarios Cechenae ut est consuetum et eorum judicio stetur et credatur et sicut in alio Statuto continetur qui teneantur campum et territorium dicti Castri custodire bene et fideliter et accusare omnes quos viderint delinquentes in territorio praedicto et segetibus et fructibus ibidem stantibus et contrafacientes contra Statuta dicti Castri et iè per custodiam ad mandatum Castellani omni videlicet istorum quolibet die Dominico.

Quod penae studiose duplicentur

49 Item statuimus et ordinamus quod omnes poenae

damnorum datorum studiose et de nocte duplicentur.

Quod nullus forensis possit facere fractam nec venari in Territorio Cechenae

50. Item statuimus et ordinamus ad evitandum scandala quae possent consequi quod nullus forensis videlicet non habens domum coopertam et praeparatam in territorio Cechenae possit nec debeat facere fractam aliquam vel venire ad aliquam venationem bestiarum silvestrium vel ferarum sine licentia Castellani sub poena 20 lib. vice qualibet et per quemlibet et credatur cuilibet accusatori cum juramento et habeat tertiam partem.

Quod Castellanus possit procedere per inquisitionem

51. Item statuimus quod Castellanus Cechenae possit procedere per inquisitionem contra delinquentes salvis et reservatis aliis statutis in contrarium loquentibus sub volumine praesentium Statutorum.

Quod Castellanus et quatuor Massariis Cechenae possint poenam imponere ubi Statutum non loquitur

52. Item statuimus quod in casibus quibuscumque in

quibus poena non esset limitata in volumine praesenti praesentium Statutorum quod castellanus Cechenae posset cum quatuor bonis Massariis Cechenae poenam imponere.

Lecta et publicata fuerunt praedicta Statuta ordinamenta, inter homines et habitatores seu domos habentes in Cechena ad hoc specialiter congregatos de mandato Cutii Nicolai Gualterii castellani et extaclerii Rocce et Territorii Cechenae per ipsos homines acceptata et publicata tandiu valitura donec alia dixerint facienda et scripta in praesenti Quaterno de ipsorum voluntate et mandato per me Sixtum Johannis Honuphrii de Altatro publicum imperiali auctoritate Notarium et nunc Notarium ad ea scribenda specialiter deputatum in Ecclesia S. Silvestri de Altatro ubi solent praedicti homines congregari sub anno Domini MCCCCLII Pontificatus D. N. Bonifacii divina gratia PP IX anno ejus XIV indictione XI die 9 mensis decembris praesentibus Guglielmo Scalia Cicco Cutii Antonio Collecece et Angelillo de Altatro testibus ad praedicta vocatis specialiter et rogatis.

In Nomine Dni et Amen

Nobilis et sapiens vir Jurisperitus Dnus Angelus de Cuscanella Provinciarum Campaneae et Maritimae pro S. R. Ecclesia et Deo N. Papa Judex Generalis

ex commissione et auctoritate sibi oraculo vive vocis facta
et commissa super re infra scripta per magnificum et
Egregium Militem D. Angelum de Chalconibus de Monte
S. Mariae in Giorgio provinciarum praedictarum pro dicta
Ecclesia et Sno D.N. Bonifacio Div. prov. PP. IX Rectorem
rem Gen. prout de ipsa commissione plene patet
manu mei Notarii infrascripti visis per eumdem
D. Angelum Judicem omnibus et singulis statutis
~~prae scriptis~~ praedictis in praesenti libro sive volumine
Statut. scriptis dudum correctis et presentatis in manibus
ipsius Dni Rectoris et petitum statuta ipsa videri appro-
bari et confirmari ab ipso D. Rectore secundum formam
Constit. Curiae Generalis pro parte Dni Prioris et Conven-
tus Monasterii S. Bartholomaei de Brisulto ad quod
Monasterium spectat et pertinet dictum Castrum
Cechenae cum Territorio et Curri omnibusque juribus
et pertinentiis suis eisque Statutis mature et diligen-
ter lectis et intellectis ipsa Statuta omnia auctoritate
praedicta dicti Dni Rectoris qua fungitur in hac
parte adprobavit confirmavit et validavit eaque
valida et firma fore et ut deinceps Castellanus sive
Vicarius et quicumque Officialis vel Notarius supra
dicti Castri Cechenae ejusque Territorii libere et licite
uti valeant Statutis omnibus et singulis antedictis
voluit decrevit et jussit hac tamen excepta quod si

aliquod statutum vel Statuti clausula dictor. Statutor. appare
ret vel forsan esset contra libertatem Ecclesiasticam aut contra
formam Constitutionis et Constitutionum dictarum provincia
rum illud et illam non approbavit quin imo voluit et
mandavit non procedere et nullius esse roboris et momenti.
Praecipiens pariter idem D. Iudex praedicta auctoritate mihi
Notario Matheo infrascripto ut praemissa et infrascripta
scriberem et conficerem secundum dictarum provinciarum
Constitutionum formam hoc publicum Instrumentum. Acta
sunt haec per suprascriptum D. Iudicem auctoritate praedicta
praefati D. Rectoris existentem in camera salae inferioris
palatii Castelli Civitatis Ferentini residentiae ipsius D. Iudicis
ad petitionem et instantiam Notarii Iohannis Cole de Civi
tate Alatrii et Yconomi et Procuratoris praedicti Monasterii
S. Bartholomaei sub anno Dni MCCLXXX Pontificatus prae
dicti Smi in Xpo Patris et D. nri D. Bonifacii PP. IX an
no ejus XV indict. XII die tertia vero mensis martii pre
sentibus his videlicet D. Angelo Rubeo de Alatro Notario
Iohanne Leonardi de Vico et Notario Andrea de Monte
testibus ad praedicta vocatis et rogatis.

Et ego Matthaeus Iohannis Rubei de Ieusimone Civis
Alatrinus publicus imperiali auctoritate Notarius
et nunc Notarius et officialis Curiae Generalis dicta
rum provinciarum praesentationi dictor. Statutor.
Dictaeque Commissioni ac ipsorum Statutorum appro

bationē et confirmationi praedictorum et omnibus et singulis suprascriptis dum agerentur per praedictum D. Evangelium iudicem et in dicta parte commissarium ~~et~~ interfui et in hanc publicam formam redegi eaque omnia et singula scripsi et publicavi de mandato ipsius D. Evangel. Iudicis et ad petitionem Yconomi antedicti ad quorum omnium fidem et testimonium subscripsi et signum meum proprium solitum apposui consuetum.

In Nomine Dñi Amen

Anno Dñi 1419 die vero 14 octobris indict. 12 pontificatus Sñi in Xpo Patris et D. N. D. Martini divina prov. PP. V. ann. II.

Reverendus in Xpo Pater et Dominus Henricus Dei et apost. Sedis gratia Feltren. et Bellun. Episcopus ac Provinciar. Campaniae et Maritimae ac Benevent. Rector Generalis pro S. R. E. ac praedicto Dño N. constitutus ad infra omnia plenam habens potestatem atque auctoritatem sibi concessam per suprad. D. N. visis et auditis per eundem Rectorem omnibus et singulis statutis praedictis in praesenti libro seu volumine scriptis pariter et praesentatis in manibus ipsius D. Rectoris a quo supplicatum est et petitum statuta ipsa vider approbari et confirmari ab ipso secundum formam

Constitutionis Curiae Generalis pro parte D. Prioris et Conventus Monasterii S. Bartholomaei de Veroli ad quod Monasterium spectat et pertinet dictum Castrum Cechenae cum Territorio et Curri omnibusque iuribus et pertinentiis suis; eisque Statutis mature et diligenter lectis et intellectis auctoritate praedicta qua fungitur in hac parte ipsa omnia statuta approbavit confirmavit et validavit eaque valida et firma fore et esse decrevit Castellanus sive Vicarius et quicunque Officialis vel Notarius suprad. Casti Cechenae ejusq. territorii libere et licite uti valeat Statutis omnibus et singulis antedictis volvit decrevit et jussit. Hoc tamen excepto et reservato dum taxat quod si aliquod statutum vel Statutorum clausula appareret vel forsitan esset contra libertatem ecclesiasticam aut contra formam Constitutionis et Constitutionum dictarum provinciarum illud et illam non approbavit quin imo voluit et mandavit non procedere et nullius esse roboris vel momenti. Praecipiens pariter idem d. Rector praedicta auctoritate mihi Notario infrascripto ut praemissa et infrascripta scriberem et inde hoc publicum Instrumentum confirem. Acta sunt haec per suprascriptum d. Rectorem in Vicinio Arcis Frusinonis ad petitionem et instantiam per Volcarium Antonium Pantaveli de Frusinone procuratorem praedicti Monasterii S. Bartholomaei anno die mense indictione et Pontificatu praedictis praesentibus nobili viro Manfredo de Chiaramonte de Sicilia et Vitaro Nicolao

Pantaveli de Trusinone Ioanne Petro de Novaria ac Philippino de Doyono de Doyons testibus ad praedicta omnia specialiter vocatis et rogatis.

Et ego Petrus de Putumontis publicus apostolica auctoritate Notarius ac praedicti D. Rectoris Cancellarius dictor. Statutor. presentationi atque confirmationi omnibusque et singulis supradictis dum sic agerentur per praedictum D. Rectorem presens fui et in hanc formam publicam redegi: Ea quae omnia et singula scripsi et publicari de mandato ejusdem D. Rectoris et ad petitionem Procuratoris antedicti praesentibus testibus suprascriptis. In quorum omnium testimonium et fidem meum signum apposui consuetum.

In Nomine Dni Amen

Anno Dni 1427 die vero 22 mensis maii 5 Indictione Pontificatus Sni et Beatissimi in Xpo Patris et D. Dni D. Martini Div. prov. PP. V. an. 10: Reverendus in Xpo Pater et D. Dnus Robertus de Diana. Prior Ulterranens. Ordinis S. Johannis Hierosolymitani provinciae Campaniae in temporalibus Rector generalis pro S. R. E. ac praedicto D. Dni PP. constitutus ac infra omnia plenam habens protestatem atque auctoritatem sibi concessam per suprascriptum D. N., visis et auditis per eumdem D. Rectorem omnibus et singulis statutis praedictis in praesenti libro

seu volumine scriptis correctis et presentatis in manibus ipsius D. Rectoris, a quo supplicatum est et petitum ipsa videri approbari et confirmari ab ipso secundum formam Constitutionum Curiae Generalis Provinciae praedictae pro parte D. Prioris et Conventus Monasterii S. Bartholomaei de Cesulto ad quod Monasterium spectat et pertinet dictum Castrum Cechenae cum territorio atque turri, omnibusque iuribus et pertinentiis suis, eisque statutis matture et diligenter lectis et intellectis, auctoritate praedicta qua fungitur in hac parte, ipsa omnia statuta approbavit confirmavit et validavit eaque valida et firma fore et aut deinceps Castellanus sive Vicarius et quicumque officialis vel Notarius supradicti Castri Cechenae ejusque territorii libere et licite uti valeat statutis omnibus et singulis suprediciis voluit et jussit. Hoc tamen excepto et reservato duntaxat quod si aliquod statutum vel statuti clausula appareat vel forsan esset contra libertatem ecclesiasticam aut contra formam Constitutionum Provinciae praedictae, illud et illam non approbavit, quin imo voluit et mandavit non procedere et nullius esse roboris et momenti. Praecipiens pariter idem D. Rector praedicta auctoritate mihi Notario infrascripto ut praemissa et infrascripta scriberem et inde hoc publicum instrumentum conficerem.

Acta sunt haec per suprascriptum D. Rectorem in Ecclesia Jesuitonis in Viviano Dictae Arcis ad petitionem et instantiam D. Nicolai de Fumone Procuratoris Dicti

Monasterii et Conventus Sctæ Bartholomaei praedicti praesentibus Dño Andrea Petri de Verulis, Fratre Antonello de Aquila et Henrico de Alemannis.

Et ego Dominicus Notarius Venzani de Monte Regali publicus imperialis auctoritate Notarius et praedicti D. Rectoris Cancellarius dictorum Statutorum praesentationi et confirmationi omnibusque et singulis aliis suprascriptis dum sic agerentur per praedictum D. Rectorem praesens fui et in hanc formam publicam redegi; eaque omnia et singula scripsi et publicavi de mandato ejusdem D. Rectoris et ad petitionem antedicti Procuratoris praesentibus testibus suprascriptis.

In quorum omnium testimonium et fidem meum signum apposui consuetum.

Nos Bartholomaeus de Zabarellis I. U. D. Archiep. Spoletanen. pro Sto D. N. D. Eugenio PP. IIII et S. R. E. Campaniae et Maritimae Gubernator Videntes et [illegible] sequentes morem et justam consuetudinem Praedecessorum nostrorum circa Statuta hujus voluminis et devotionem gloriosi S. Bartholomaei et Monachorum in dicto Monasterio Deo servientium quorum orationibus dubitandum non est hanc provinciam a Summo Deo summam misericordiam consequi, ideo Statuta praedicta

confirmamus et omnes dicti monasterii iurisdictiones approbamus et quantum in nobis est augemus et confirmamus et hujus nostrae confirmationis fidem hanc de nostra manu propria scripsimus die 11 Februarii 1432

— . — . — . — . — . — . — . —

Tabula omnium Capitolorum

1. De poena receptantium exbanditos.
2. De poena percutientium cum armis et sine.
3. De poena accipientis per vim rem alienam.
4. De poena scassantis domum alienam.
5. De poena exportantis aliquam mulierem.
6. De poena blasphemantis Deum et Sanctos.
7. De poena turbantis aliquem in possessione
8. De poena dicentis alicui verba iniuriosa.
9. De poena accipientis aliquam arogagnam de arca
10. De poena comburentis aliquam rem alicujus
11. De poena Patroni verberantis famulum ipsius.
12. Quod Castellanus non possit imponere poenam alicui ultra 5 lib. et non ultra.
13. De poena bestiarum damnum dantium in terris postquam fuerint seminatae.
14. De bestiis damnum dantibus in pratis.
15. De poena discutientis arborem bestiis.

16. De poena damnum dantibus in fructibus alienis.
17. De incidente arborem fructiferam.
18. De bestiis in monte Cechenae.
19. De poena facientis tragettam per terram seminatam
20 Quod liceat cuilibet habenti bestias grossas mittere in Silva Cechenae.
21. De poena incidentis arborem carpini vel ligna mortua.
22. Quod liceat cuilibet edificare cameratam vel domum in territorio Cechenae et facere lignamina in Silva pro ipsis.
23. Quod Castellanus non possit accusare aliquem delinquentem in Territorio Cechenae sine praesentia unius testis fide digni.
24. De facientibus transitum per Silvam cum bestiis onerantis lignis.
25. De poena scyantis etcellam alienam.
26. De poena accipientis alicui foenum vel pecos.
27. De bestiis euntibus per mageses infusas.
28. De remictentibus eream.
29. De poena laborantis diebus festivis.
30. Quod bestiae non possint ire per stipulas.
31. De bestiis damnum dantibus in arcellis.
32. Quod quilibet possit dare licentiam de re sua.

33. Quod quilibet teneatur facere hortum.
34. Quod accusatores debeant habere tertiam partem.
35. De habentibus possessiones in Monte Radicine usque ad vineam de Santi.
36. De bestiis porcinis facientibus guzuram in fonte.
37. De bestiis euntibus subtus arbores fructiferas.
38. De ludentibus ad taxillos.
39. De bestiis minutis euntibus per Clusas.
40. De poena accipientis alicui finem.
41. De poena Gabb.
42. De facientibus guzuram in puteis et aliis schifphis Cechenae.
43 Quod forenses non habentes domos coopertas in Cechena non possint ibi mictere bestias.
44. Quod quilibet habens bestias grossas teneatur remictere de nocte domibus.
45. Quod Custodes et Castellanus pro poena possint ducere bestias forenses damnum dantes.
46. Quod Castellanus possit facere executionem hominibus de Alatro damnum dantibus et delinquentibus in Cechena.
47. Quod Castellanus possit eligere duos homines ad faciendum reparari fontes puteos et vias.
48. Quod omni anno in festo Omnium Sanctorum fiant quatuor Custodes.

49. Quod poenae studiose duplicentur.

50. Quod nullus forensis possit facere fructam nec venari in Territorio Cechenae.

51. Quod Castellanus possit procedere per inquisitionem.

52. Quod Castellanus et quatuor Massarii Cechenae possint poenam imponere ubi Statutum non loquitur.

Cechenae Vt. 25. 35

Fra li affittuarii che goderono lungo tempo il dominio, e rendite di Cecchiena, si legge essere stato il nobile uomo Guglielmo Rocchetta Milite rutinense il quale essendo stato per la Santa Sede Vicario di Campagna, e Marittima, rimase creditore della Camera Apostolica di tutto il salario, ed onorarii, se l'aspettavano, calcolati ascendere a due mila cinquecento fiorini d'oro, ne avendo la Chiesa Romana allora esausta di denaro donde potere soddisfare il detto Vicario la detta somma del suo avere, le fu per tal cagione fino ai tempi di Innocenzo VI. nel 3° anno del suo Pontificato, che vuol dire negl'anni del Sig.re 1344 assegnata, e

Locato in mancanza di altre entrate della Camera La Torre, e Baronia di Cecchina con tutte le sue ragioni, ed appartenenze da ritenersi da Lui fino a che non si fosse interamente soddisfatto e reintegrato del suo dovere per il prezzo ed annuo computazione prima di fiorini quindici e poi fu accresciuto a trenta fiorini d'oro, ancorche il solito annuo retratto ed arrendamento, che corrisponderà in Camera l'affittuario di Cecchina non pagasse mai più di quindici fiorini solamente, e non fu posto in possesso legitimo, goduto da Lui, e da Vanna Reinaldi sua Consorte pacificamente sino all'anno 1376, nel qual tempo ad istigazione, e suggestione di molti malevoli suoi. Il R. D. Vincenzo d'Imeduta Tesoriere generale di Campagna, presa la congiuntura della morte di D.° Guglielmo Rocchetta levò de facto Cecchina con tutte le entrate a Luca, e Marco figli, ed eredi di d.° Rocchetta, prevalendo la potenza del detto tesoriere all'età recente di detti Figliuoli: Per il che fattone da loro vive doglianze appresso la Santità di N. S. Urbano VI. fu di nuovo restituita ai prefati Marco e Luca Rocchetta la Torre di Cecchina e reintegrati nel pristino possesso dei frutti e commodi della medesima.

l'anno 1380. con le condizioni, e patti di prima cioè che fossero detti Luca, e Marco tenuti, ed obbligati mantenere detta Torre bene e diligentemente a proprie spese, e rassegnare liberamente al Sommo Pontefice ad ogni minima requisizione per mano di Franc.° del titolo di S. Eusebio Prete Cardinale, e Vicario Ge di Campagna con l'accrescimento però di dieci fiorini di più dello scomputo da farsi ad ogni anno di d.e entrate, quali dove prima si calcolavano a ragione di trenta, adesso furono tassate a quaranta fiorini d'oro d'anno in anno fino alla satisfazione totale di detti fiorini Due mila cinquecento di credito che hanno con la Camera Apostolica, come per l'atti del Notaro Nicolò di Gio.° di Vico, e sono questi, cioè;

Franciscus miseratione Divina titulj S. Eusebij Presbyter Cardinalis in Provinciis Campaniae, et Marittimae pro Dno N.° Urbano Papa VI. Sanctae Romana Ecclesia Vicarius Gis exhibita, nobis pro parte Lucae, et Marci fratrum civium Matrinorum, haeredum, et legitimorum successorum Nobilis Viri Guglielmi Bocchetta Militis Rutinensis Dioecesi Eorum Vicarii pro eadem Ecclesia in provinciis antefatis et Nannae

Rainaldi Civis Matrinae Uxoris d. g^m^ Vicarii, et Matris legitimae, et nalis ante dd. Lucae, et Marci, qd cum idem Guglielmus pro suis gagijs, a Camera ejusdem Ecclesiae debitis sibi ob causam gesti officii Vicariatus jam dicti, deberet habere certas pecuniar. quantitates, mandat. p. Sanctissimum in Christo Patrem, et D. g. fel. recor. Innocentium Papam VI. Rectori, et Thesaurario dd. Provinciarum, qui tunc erat, ut de pecunia proventuum praesentatae Camerae p. manus ejusmodi Thesaurarii satisfaceret de gagijs ijsis Vicario praefato magnifico viro, et sapiens g. Dd. Guglielmus de Ardiconibus de Placentia Vicerector, et Venerabilis Vir D. Joannes Archidiaconus Contoren., tunc Thesaurarius dd. Provinciarum, ad requisitionem antedicti Vicarii petentis, sibi de gagijs satisfieri antefatis, attento officio mandato jam dicto, cum pecunia ad effectum non haberent, de qua satisfacere possent Vicario antefato pro duobus millibus, et quingentis florenis, in quibus inveniebant, apparebat. post calculatorem eundem Vicarium debere recipere, et habere a Camera sayed— occone cagiorum eorundem ut per excomputationem faciendam anno quolt XX florenorum detrahend. de ipsa summa duorum millium, et quingentorum florenorum hoc Bonis

nae Ecclesiae locaverunt, et concesserunt anted. Guglielmo militi Vicario Curiae Ecclesiae ad cameram anted.ae Ecclesiae pertinentem, tenendam et possidendam cum tenimento, juribus, et pertinentiis suis donec de per receptionem fructuum ejusdem Curiae, Curiarum, pertinentiarum, et adiacentiarum ejusdem foret, per excomputationem annuam praed. XV floren. eidem Vicario de anted.a Summa sibi debitae pecuniae satisfactum, prout constat publico documento scripto, et publicatum per Joannem Rosatum publicum Not.m Aretinum. Cum idem Vicarius, et anted.i sui Filii, et Uxor successione vigore Locationis hujusmodi anted. Curiam annis pluribus possedissent, mutatis temporibus, et officialibus in Provinciis antefatis, et asserto, quod Curia ipsa per majori quantitate XV floren. posset anno quolibet ~~emendari~~, placuit officialibus qui anted. D. Guglielmo Vice Rectori, et D. Joanni Thesaurario succeserunt in provinciis antelatis, quod pro valore anno fructuum et provent.m Curiae eam D.ne excomputarentur et detraherentur anno quolibet de Summa gagiorum anted. floren. auri XXX, et hoc etiam modo circa compensationes praed. firmatum, dejec

situm, et ordinatum fuit, prout ante etiam dispositum fuerat, acceptatum per virum Magnificum D. Fratrem Danielem ordinis S. Joannis Hierosolimitani Rectorem, et D. Antonium de Jannone Thesaurarium praefatarum Provinciarum nomine Romanae Ecclesiae saepe dictae, ut anno quolibet pro valore dictorum fructuum xxx florenorum cur. excomputarentur, et detraherentur de d.a gratia summa duorum millium, et quingentorum florenorum sub cujus dispositionis, modo idem Lucas, Marcus, et Anna eandem Curiam continuatis temporibus tenuerunt, et possederunt, servantes ea, quae in assignatione ejus ante d. Vicarius servari promisit. et d suggestionem vero quorund. detractor. pridem nondum quatuor annis elapsis, Vincentius de Imedula praefatar. Provinciar. Thesaurarius de facto, cum de jure non posset, nr. satisfac. eisd. exponentibus de residuo dictor. gregior. eisd. Lucae, et Marco succedentibus ante d. Vicario Curiae et nec summata ratione in quanta quantitate pro d.a excomputatione fuerat d.a quantitas summa precuniis eorum Curiae debita extenuata possessione, et tenuta d. Curris, ejusq. tenim., eos Lucam, Marcum et Nannam grogliavit injuste, propt. quam grotationem ipsi exponentes nequeunt cum eor. Thesau-

rario contendere, et non habentes aliud ex patrimonio successione, hac subsistentatione privati, communibus sunt propter inopiam, relictis his memoratis Provinciis, loca extranea inhabitare, quo circa pro ipsorum Luca et Ellarci parte fuit nobis humiliter supplicatum quatenus misericordes oculos eos diligentes mandare, et decernere dignaremur, ipsos sic spoliatos fore reducendos ipsosque reducere, et reponere in corporalem tenutam vacuam, possessionem Curri Ecclesiae dc. Tenimenti, jurium et pertinentiarum ejus, tenendor. et possiden. ab eis donec per detractionem, et compensationem praemissam fuerit eis de residuo debitae suprad. quantitatis gagiorum dc. gn. Vicarii satisfactum prout antea Vicario et eisd. Lucae et Ellarco successive extiterat concessum, locationibus, et concessionibus, quibuscumque factis de ipsis Curri, tenimento, juribus pertinentiis, adjacentiis, fructibus, redditibus et proventibus eorum vectum ejica atque nostra revocatis expresse et alias, ut nobis visum fuerit, ipsam Currim cum tenimento, juribus, et pertinentiis, fructibus et redditibus suis antea. ~~supplicantibus~~ suppl. cantibus concedere tenendam, possidendam

et usufructandam, donec modo jam dicto debitum antefatum extinctum fuerit petit. eor. Patri a camera debitum, nos itaque iuris, et diligenter inspectis contentis in petitione praedicta, ac privilegiis et apostolicis infrascriptis coram nobis exhibitis, et productis, videlicet felic. rec. D. Clementis Papae etc. de officio Vicariatus praefati J. Guglielmi Vicarii, et fel. record. D. Innocentii Pp. etc. superius nominati, omne Rom. Curiae Bulla Plumbea qlibet privilegior. praedictor. Bullato, cum cordulis in pendenti uno vid. dicti D. Clementis cum cordula de serico et aliquo cum cordula canapis non abolitis, non abrasis, non cancellatis, sed omni prorsus vitio, et suspicione carentibus, quor. tenores seriatim infrascribuntur.

Clemens Episcopus Servus servorum Dei. Dilecto Filio Guglielmo Rocchetta domicello Ruthinen. Dioecesis salutem et Apostolicam benedictionem. Puritas, devotionis, et fidei ac circumspectionis industria meritoque probitatis super quibus apud nos commendaris testimoniis fide dignis nos inducunt, ut te favoribus Apostolicis prosequamur, hinc est, quod nos volentes te, qui sicut asseris obsequiis Sedis Apostolicae insistere desideras, et servire praeminores. intuitu nec non considerationi Venerabilis fratris nostri Episcopi Penestrini. Dilecti familiari suo nobis in hac parte

humiliter supplicantis favore prosequi gratioso, ac
speranter per ea, quae committenda tibi duxerimus,
ad nostrum et Ecclesiae Romanae honorem fideliter
exequeris officium Vicariatus, alias Marescalli Provin-
ciarum Campaniae, et Marittimae, ad quod exercen-
dum consuevit marescallus, vel Vicarius ad eundem
Rectoris DD. Provinciarum, qui est pro tempore
deputati, et ab eo amoveri tibi amovendis ab eo quem-
libet detentorem ejusdem cum omnibus juribus, emo-
lumentis, ac fagiis consuetis, et apostolica auctorita-
te concedimus, p. te usque ad Apostolicae Sedis beneplacitum
tenendum, gerendum sollicite, ac fideliter exercen-
dum, prout Marescalli, vel Vicarii DD. Provinciarum
pro Romana Ecclesia hactenus deputati illud te-
nere, et regere consueverunt, ac etiam exercere
volentes, quod tu de illo fideliter exercendo in ma-
nibus dilecti filii Rectoris DD. Provinciarum pro-
stet ad Sancta Dei Evangelia corporaliter Jura-
mentum manu tacta, fidelitatis solitae sirasmen-
to. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostrae concessionis, et voluntatis
infringere vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attentare praesumpserit indi-
gnationem Omnipotentis Dei, et Beatorum
Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit

incursurum. Datum Avinioni VI Id. Xmbris Pontif. nostri anno 2. Religui vero privilegii tenor talis est. Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Rectori Provinciarum, Campaniae et Marittimae ac nos et Romanam Ecclesiam immediate spectantium, et Thesaurario in ejusmodi Provinciis pro nobis, et eadem Ecclesia salutem et Apostolicam benedictionem. Exibita nobis pro parte dilecti filii Nobilis Viri Guglielmi Rocchetta Militis Rutinen. Diocesis Vicarii nostri in Provinciis Campaniae et Marittimae ac nos, et Romanam Ecclesiam immediate spectan. petitio continebat, quod sibi de ~~gagiis~~ gagiis suis ex hujusmodi Vicariatus officio constitutis, magnae debentur pecuniae quantitates, quare nobis humiliter supplicavit, ut satisfieri sibi per nostras mandaremus, ideoque discretioni vestrae per Apostolica Scripta mandamus quatenus si praefato Militi de hujusmodi gagiis pro tempore, quo postquam fuimus assumpti ad Apostolicatum officium non est ei exinde satisfactum de pecunia proventuum existente vel futura per manus tuas tu fili Thesaurarie satisfacias, et tu fili Rector satisfieri facias cum effectu, ita quod idem miles de iterato recursu ad nos habendo, propterea non gravetur. Datum ejusd Villam Novam etcetera

284

mis Diœcesis D. Augusti. Pontif. nostri anno 3°, electi non et publico documento præd. impetrata petitione nominato, cujus tenor per omnia talis est.

In Nomine Dni Amen 1362 Pontificatus D. Innoc. Papæ VI. etatis VIII Indict. XIV mensis Martii die XX ms. ante vesp. et testibus infris ad hoc vocatis specialiter, et rogatis magnificus et sapiens Vir D. Guglielmus de Ardizzonibus d. Placentia Utriusque juribus professor Provinciarum Campaniæ et Maritimæ pro S. Romana Ecclesia Vice Rectoris et Venerabilis Vir D. Joannes Archidiaconus Cathanen. asserentes, quod nobilis Vir D. Guglielmus De Rochetta miles in ~~Ord~~ eid. Provinciis Vicarius pro S. Romana Ecclesia ~~occasione~~ debebat recipere, et habere pro gagiis suis, a Camera Romanæ Ecclesiæ occasione Dicti sui vicariatus officii in Provinciis memoratis duo millia quingentorum florenorum auri et D. noster Summus Pontifex D. Innocentius Divina providentia Papa VI. mandavit eidem satisfieri de gagiis præfatis per suas patentes litteras bullatas ad filum canapis pendentes non vitiatas, non abrasas, nec in aliqua sui parte suspectas, quarum litterarum tenor per omnia talis est. Innocentius Episcopus servus servorum Dei, Dilectis filiis Rectori Provinciarum

Campaniae et Maritimae ad nos, et Ecclesiam Romanam spectant. immediate, et Thesaurariis in eisdem Provinciis, pro nobis et eadem Ecclesia salutem et Apostolicam benedictionem. Exhibitae pro parte dilecti filii Nobilis viri Guglielmi Rocchetti Militis Sutrinen. Diocesis Vicarii nostri in provinciis Campaniae et Maritimae ad nos, et Romanam Ecclesiam immediate spectantibus petitio continebat, quod sibi de Jaguis suis occasione hujusmodi Vicariatus officii Constitutis magnae debent. pecuniae quantitates, quar. nobis humiliter supplicavit, ut satisfieri sibi per nostras litteras mandaremus, ideoque discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si praefatto dilecto de hujusmodi Jaguis pro tempore, quo postquam ad officium fuimus Apostolatus assumpti, non est ei exinde satisfactum de pecunia proventuum sibi debit. vel futura per manus tuas tu fili Thesaurarie satisfacias, et tu fili Rector satisfieri facias cum effectu. Sta quod idem miles de iterato recursu ad nos habendo propterea n. gravetur. Datum apud Villam novam Chiusinen. Diocesis Id. Augusti Pontificatus nostri an. 3°. Et quia Camera praedicta est multis aliis in. eisdem provinciis oneribus, et expensis gravata, nec est in ea pecunia, unde posset

eidem Vicario satisfieri, ad postulationem ipsius D. Vicarii petentis, et postulantis, praefati D. Vicerectoris, et Thesaurarii omni modo, et jure, quibus melius potuerunt, et debuerunt, possunt et debent, pro compensatione D. Duorum millium quingentorum florenorum auri sibi debitorum et Camerae antedictam locaverunt, et concesserunt ipsi D. Vicario petenti et recipienti ad tenendum et usufructuandum Turrim Ecclesiae cum tenimento, juribus, pertinentiis, et adiacentiis suis, donec sit sibi de dicta pecunia eidem debita satisfactum, in computando annuatim pro censu et arrendatu D. Turris, et Turrium et bonorum ipsius XV floren. auri, sicut consuetum est, annuatim vendi, et locari promittentes praefati D.D. Vicerector et Thesaurarius praedictam concessionem, et locationem per se, et eorum in officio successores ratam habere, et contrarium in aliquo non facere, vel venire, dictus quae D. Vicarius promisit stipulatione solemni eisdem Dominis Vicerectori et Thesaurario et mihi Notario infrascripto uti personae publicae stipulanti nomine Camerae Romanae Ecclesiae et tactis scripturis ad S. Dei Evangelia praestitit corporaliter juramentum D. Turrim cum juribus, et pertinentiis suis semper ad honorem, statum, et reverentiam Ecclesiae memoratae tenere et custodire

facere, bene, legaliter, et diligenter propriis suis sumptibus, et expensis, et ipsa Curiam quoties D. et Sum. mo Pontifici, ejusdemque Legato placebit libere, et effectualiter resignare, sub poena, et obligatione omnium bonorum suorum Cameae Romanae Ecclesiae in dictis Provinciis applicand., et privationis omnium bonorum suorum dictae concessionis. Actum Trusinoni in Claustro Rocchae ejusdem Castri; praesentibus nobili, et sapiente Viro D. Catalano de Bononia Judice Provinciarum pred. Joanne Cino de Anagnia, et Joe. Rainerio de Collepardo testibus ad pcta vocatis, spcti. et rogatis. Et Ego Joannes Rosatus de Alatro Publicus Imperiali auctoritate et Notarius, et nunc Notarius, et Officialis Curiae Provinciarum praedictarum pctis. omnibus et singulis interfui; rogatus, scripsi, et publicavi; meumque signum consuetum apposui. Et licet de pctis. aliud fecerim Instrumentum, tamen de mandato Nobilis et sapientis Viri D. Petri Pauli de Cerbellis de Padua Legum Doctoris, Provinciarum supradict. Judicis Ghis hoc iterato feci publicum Instrumentum et etiam fidem Dignorum Testium, nonnullorum attestationibus per nos habitis, et receptis sup. praemissis omnibus matura, et solemni consideratione pernabita ne nostrum falleret incertitudo

judicium. Quia constat nobis premissa in dª petitione contenta lucida veritate nitere, volentes, quantum in nobis est, unicuique subditorum debitam justitiam ministrare, et conservare jus suum, partium tenore decernimus, pronuntiamus, et mandamus auctoritate Apostolica et nostra praefatos Lucam, et Marcum, ut praemittitur minus debite, et spoliatos fore, et esse restituendos, reducendos, et reintegrandos, ipsosque reducimus, restituimus, et reintegramus in corporalem Centum vacuang. possessionem dª Curris Ecclesiae Ecclesiarum, jurium et pertinentiarum ejusdem &c ~~retin. possiden. et usufructan.~~ ab ipsis, prout ante praefatam spoliationem vigore locationis, et concessionis antedª ecc. Pater de ipsa Curri, tenimentis, juribus, et pertinentiis suis occasione dª gagiorum ipsi per antefatam Canonicam debitorum, ut praemittitur, tenebant, possidebant, et usufructabant. Et quia ex fide dignorum jurium invenimus testimoniis, praefatam Curtim cum tenimentis, juribus, et pertinentiis suis pro majori censu annuo xxx florenorum pradª pro quibus de Summa dª quantitatis pecuniae annuatim detrahenda, et excomputanda Curtim ipsam loca-

tam, ut praemittitur cum tenimento, juribus et pertinentiis suis ante spoliationem hujusmodi retinebant, locari posset, et arrendari, ejusd. Camerae indemnitatem debite, et aequae Lance servare volentes, praedicta tenore, et auctoritate decernimus, et mandamus, ut ex nunc a die restitutionis ejusmodi de residuo ejusdem quantitatis duorum millium quingentorum florenorum praefatis Lucae et Marco debit vigore cedulae anno quolibet excomputentur, et detrahantur floren. auri xxxx, praefatique, Marcus et Lucas ipsam Turrim cum tenimento, juribus, et pertinentiis suis libere, et pacifice tenere, possidere et fructus ex eis recipere, seu percipere valebat, donec per annuam excomputationem praedictam xxxx floren. de memorato residuo fuerit eisdem, finaliter et effectualiter satisfactum, et dictum debitum extenuatum fuerit totaliter, et extinctum, quam Turrim tenere, et custodire teneantur, et singula facere, quae memoratus Guillelmus dum Vicarius eorundem Lucae, et Marci Pater, in celebrata locatione praedicta eidem facta ut superius scribit. publico documento servare, et facere se promisit, et obligavit. Datum, et actum Trusinoni in camera nostra cubicularia Rocchae ejusdem Castri nostrae residentiae cartulus sigillo, quod utimur sub anno Dni 1385. Pontif. S. D. N. D. Urbani Divina providentia

Papae VI, praedicti an. tertii, Indict.e 3a mensis Octobris die ultima.

Et Ego Nicolaus Joannis de Vico Matrinae Dioecesis publicus Imperiali auctoritate Notarius Curiae Vicarii antefati praemissi decreto, pronunciatione, nec non reductioni, restitutioni, et reintegrationi, ut praemittitur per antec.i D. factis pro interfui, una cum Venerabilibus Viris D. Pino de Cortesi de Pisis Licentiato in Decretis Auditore, Praesbytero Lazaro Canutii D.o Villano Comitatus Pisani Cappellano praefati D. Curiae nobil. Viro fedo. de Eribiliano, et viris provvidis Cutio Joannis de D.o Castro Eribiliani, et Joanne Colè de Castro S.ti Laurentii de Valle Eribus ad pte vocatis, et rogatis, dictorum privilegia, et Instrumentum de mandato ejusd. D. de verbo ad verbum, prout in ipsis originalibus inveni fideliter, nihil addens, vel minuens, quod sensum mutet, vel variet intellectum, nisi forte litteram vel syllabam errorem sic in praesenti scripto scripti transumptari et copiari vic praemissa omnia de memorato mandato rog.s pro parte antefatorum Lucae et Ulmeri scripsi et publicavi; meumque signum consuetum apposui, in fidem, et Testimonium praemissor. loco + signi.

Cecchenae alsphab. 5 Litt. V.

E non nominandosi in questi tempi più la Terra

e gli uomini di Ecclesia, e molto verisimile che fosse già distrutta, e io supporrei, ciò seguisse sotto il Pontificato di Urbano V circa l'anno 1370, se non mi facesse titubare la compilazione dei statuti suddetti di Ecclesia, quale appare fatta dell'anno 1403 e si asserisce quivi essere gli compilatori di medesimi stati eletti dal Castellano, e uomini del castello di Ecclesia, se pure non avessero i Cittadini di Ecclesia dopo la desolazione della loro terra trasferito immediatamente la loro abitazione, e domicilio in Alatri, e per tal cagione elegessero per loro Statuarii i due cittadini di Alatri, e non di Ecclesia, deferendo questo onore a quelli, che gli avevano sotto il loro tetto ricevuti benignamente in reparazione delle loro sciagure. (Il che si deduce chiaramente da una scrittura del 1326 nelle memorie di Ecclesia a cart. 40, dove per brevità rimetto il Lettore).

L'impulso che io ho a così credere, me lo dà una certa notizia ricavata dall'archivio della Città di Alatri di Veroli, per la quale si ha, qualmente sotto il Pontificato di Urbano V nell'anno sesto la Città di Veroli unita con Ferentino, Alatri, Frosinone, Monte S. Giovanni, Banco, Esercie, Rejo, Vico Collepardo, e Guarcino fecero una confederazione fra di loro contro la S. Sede, e contro il Governatore Gle di Campagna, che risiedeva allora in Ferentino

sforzando l'altre Comunità, e Terre vicine a collegarsi con loro; e sopra tutte, quelle che vollero unirsi, e restarono sotto l'obedienza della S. Sede, e d.' d.' Governatore fecero una generale irruzione, e le posero a fiamme, e a fuoco, dando poi oltre il sacco al Castello di Ferentino, dove stava il detto Governatore, quale furono poi assoluti dal P. Pontefice, come appare da una sua Bolla data in Roma apud S. Petrum quintodecimo Kalendas Februarii, onde è molto probabile, che Cecchina come confinante e vicina alla Città di Ferentino e confederata con quella fosse con le altre terre saccheggiata e distrutta, giacchè la scarsezza delle notizie non mi permetta darne altro più chiaro, certo ed evidente riscontro.

Il detto Castello ~~diruto~~ diruto e Torre di Cecchina con tutta la sua giurisdizione Baronale, e suo integro Territorio ed appartenenze come sopra, aggregato dagli altri Territorii circonvicini; fu venduto franco e libero da ogni peso e servitù alla Casa di Frisulti e per essa al M. Ven. Priore D. Cosmo del Castello dall'Abbate Priore stipulante del Cardinale Cosmo Meglioratti del Titolo di S. Croce in Gerusalemme Camerlengo con speciale Chirografo della S. m. di Bonifacio IX per prezzo di Fiorini 230 d'oro di Camera senza che la Camera Apostolica si sia riservata alcuno jus sopra di esso avendo

(Copia)

per gli Archivi
Certosa
Trisulti.

bria, Serra
Bruno, 22
embre 1902

Trisulti 3 Xbr: 1867

Molto Reverendo e Carmo in Cristo Confratello

Al Molto pianto Don
L. Dodesso, Procuratore
Generale degli Oblati di
Maria Vergine. Cinerole
Torino Carignano ecc.

Credo di poter ora manifestare liberamente alla R. V. Carma il motivo della nostra gita e breve dimora nella Certosa di Roma.

Le dirò dunque che nel giorno 19 dello scorso 8bre una banda di cento e più Garibaldini tentò d'invadere questo sacro Monastero, ma furono respinti da una squadriglia di uomini armati, che stavano qua a nostra difesa. Noi li vedevamo dalle nostre celle, ne udivamo le grida satanniche, sentivamo il fischio delle palle, e non cessavamo di raccomandarci al Signore, alla Madonna ed a tutti i Santi del Paradiso, perchè ci volessero proteggere e difendere in sì pericolo frangente.

La crisi cessò per non più dilungarsi, senza che noi avessimo altro sofferto che un forte timore. Irritati però i Garibaldini si protestarono che sarebbero ritornati ben presto in molto maggior numero e che avrebbero dato fuoco al Convento.

Difatti, il dì 27 dello stesso mese in sul fare della ~~notte~~ sera fummo avvertiti che un migliaio di questi ribaldi erano già sulla mossa per aggredirci durante la notte; e nel tempo stesso quei gendarmi Pontificii che erano qui stazionati ricevettero ordine espresso di partire immediatamente la stessa sera per Frosinone.

Non può immaginare, mio buon Padre, da quale spavento fummo allora tutti quanti presi che però senza frapporre dimora così di notte come era ci demmo a precipitosa fuga, lasciando il Convento alla guardia di Dio e di Maria SSma. Arrivammo la mattina verso le ore 7 alla ferrovia di Ferentino, affranti dalla fatica e, per sopraggiunta, tutti inzuppati dalla pioggia che da più ne cadeva giù come Dio la mandava. Entrati ne' vagoni, e c'incamminammo alla volta di Roma, che allora trovavasi in istato di assedio. Alla Certosa fummo ricevuti con somma carità; vi stemmo anche noi per più di 11 con gran timore, conciossiacosachè ad ogni tratto il rimbombo del cannone risuonava per i contorni di quell'eterna città; se non che assicurati per l'intervento delle truppe francesi, ed avuta la notizia che nulla di sinistro era accaduto alla nostra Certosa di Trisulti si deliberò di farsi ritorno a piccole brigate, ed ora ci troviamo per grazia di Dio di bel nuovo riuniti per cantare le lodi del Signore e di Maria SS.

Il buon Padre qui lo commenta per dimenticanza una parola

E qui debbo dirle a gloria di questa nostra amorosissima Madre che la vigilia appunto della nostra fuga erasi da noi terminata una novena fatta solennemente in onor suo, affin di ottenere oltre il trionfo della Chiesa la liberazione e guardia da ogni sinistro accidente nelle critiche circostanze in cui ci trovavamo, e ben fummo esauditi, poichè ad eccezione di una forte paura di cadere nelle mani dei garibaldini, e di uno grande strapazzo durante il viaggio non ebbimo a soffrire alcun sinistro accidente. Dunque sia sempre benedetto il Signore il quale mortificat et vivificat humiliat et sublevat Deducit ad inferos et reducit.

Addì 21 dello scorso ebbi la consolazione di vedere stabilita canonicamente in questa casa nostra di Frosolone la compagnia del SSmi cuori di Gesù e di Maria. La funzione ebbe luogo immediatamente dopo il canto dei vespri e durò tre quarti d'ora. Essa verrà pure nella quanto prima in Roma, nella Chiesa dei SS. Certosini Dedicata a S. Maria degli Angeli: Il Signore Can. Pietro Ciarlelli essendo venuto a trovarmi mentre io stavo in Roma.

Finisco raccomandandomi caldamente alle sue sante orazioni e raffermandomi nei SS. Cuori di Gesù e di Maria

Della Vra Carità

Fermento fr: Gabriele Falconi

l'buon
qui
mento
mentiam
a parola

Elenco dei Certosini ascesi a dignità Ecclesiastiche

Pontefici

Dopo la morte di Clemente XI la maggior parte dei Cardinali hanno cercato di promovere al Pontificato Giovanni B. Rotto Generale dell'Ordine, ma fece il Possibile il medesimo di recusarlo.

Guglielmo Reinaldo XXIV Generale ebbe undici Corporati in favore alla Sessione del Conclave.

Francesco di Pareo Generale XXXIII ebbe 10 voti per il Pontificato.

Cardinali

Nicolò Albergati Professo di Bologna fu promosso al Cardinalato col titolo di S. Croce in Gerusalemme morì vecchio li 6 di Maggio nel Pontificato di Eugenio IV

Biasio Priore della Casa della Torre della B. M.

Patriarchi

Ann.o Juriano Patriarca di Venezia e Primate di Dalmazia.

Archiepiscopi

1. Hugo Cartusianus, deinde Episcopus Gratianopolitanus, tandem Archiepiscopus Viennensis obiit an. 1155 Idus Maii; vel juxta Kalendarium Montis Dei 12 Januarii.
2. Aymo de Briansone ex Monacho Cartusiano an. 1178 assumptus ad Archiepiscopatum Carantasiensem obiit an. 1191
3. Joannes Monachus Cartusiae, Aymoni de Briansone Archiepiscopo Carentasiensi successit an. 1191.
4. Guillelmus Prior Cartusiae Montis Rivi deinde Episcopus Diniensis, tandem Archiepiscopus Ebredinensis vivebat an. 1200.
5. Humbertus ex Cartusiae Alumno Archiepiscopus Viennensis, obiit

an. 1215 19 Novembris.

6 Bertrandus sive Bernardus professus Majoris Cartusiae electus an. 1217 in Archiepiscopum Carantasiensem decessit anno 1223, vel ut alii referunt anno 1249.

7 Bonifacius a Sabaudia primo Novitius Cartusianus a tenera anni, dimisso habitu donatus Priorato Cantuacensi, quem postea cessit apud eosdem Cartusianos reversus, deinde electus Episcopus Bellicensis, translatus autem ad Regimen Ecclesiae Valentinensis, tandem electus in Archiepiscopum Cantuariensis obiit an. 1270. 14 Julii. Successit S. Edmundo Cantuariensi Archiepiscopo, quem fuisse Cartusianum multi autumant.

8. Paulus Mª Cittadinus Monachus Ordinis Praedicatorum legatione Apostolica perfunctus, ad Regem Persarum et ad Patriarcham Armeniae, inde rediens professionem emisit in Cartusiae Capri an. 1622.; paulo post Romam evocatus an. 1624 ab Urbano VIII destinatus in Armeniam, et Persidem, factus est Coadjutor Archiepiscopi Armeniorum et datusque est illi titulus Archiepiscopi Ebrensis cum facultate Visitatoris Apostolici omnium Religionum quae sunt

..... Religionum quae sunt

9. Gloriamus Sust a Warschama Novitius Cartusiae Moguntinae Archiepiscopus designatus Gnesnensis, obiit an. 1332.

Episcopi

1. Pontius de Palmes fundator Cartusiae Montisrivi; professus deinde Cartusiae Portae Montisrivi, assumitus ad Episcopatum Bellicensem, qui demum abdicato, reversus ad Montisrivi Eremum ibidem obiit an. 1140. 7 Idibus Junii.

2 Albertus ex Cartusiano Taurinensis Episcopus an. 1285.

3. Riccardus professus Cartusiae Bertarum pertinet Mauriennensis

Episcopus, obiit 4 Non. Januarii An. 1188. voluit ut quidam referunt an. 1146.

4. Bernardus de Portis Monachus Portarum Episcopus Bellicensis: abdicato Episcopatu rediens ad domum suae professionis obiit an. 1152. 12 Decembris

5. Monachus Cartusiae an. 1148 consagratur Gratianopolitanus Episcopus

6. Lamberius Prior Cartusiae S^ti Stephani de Bosco, deinde Abbas S^tae Euphemiae in Calabria, tandem ab Alexandro III Pontifice maximo vocatur Episcopus circa an. 1152.

7. Gaufredus professus Cartusiae Episcopus Gratianopolitanus florebat circa an. 1161.

8 Guido ~~Monachus~~ sive Guigo ex Priore Majoris electus Episcopus Aquensis decessit an. 1190.

9. Guido Monachus Portarum factus Episcopus Mauriennensis obiit an. 1167.

10 Bertrandus Prior Cartusiae Durbonis, deinde Episcopus Sistaricensis obiit an. 1147 18. Aprilis.

11 S. Anselmus professus Portarum, deinde Cartusiae Prior, tandemque Bellicensis Episcopus decessit an. 1178 die 26 Junii.

12 Raynaldus Monachus Cartusiae, Bellicensis Episcopus obiit an. 1184. 30 Junii

13 Guillelmus Monachus Cartusiae, Mauriennensis Episcopus obiit an. 1189.

14 Joannes Cartusianus Episcopus Gratianopolitanus obiit 11 Kal. Junii.

15 Lambertus Cartusianus Episcopus Mauriennensis decessit an. 1198.

16. Desiderius Prior Vernae postea Episcopus Colonensis florebat an. 1198

17 S. Hugo d'Avalon professus Cartusiae Prior Witten? Episcopus Lincolniensis ordinatus obiit an. 1200 17 Junii.

18. Vanchelinus ex Priore Vallonis institutus Episcopus Sebennensis obiit an. 1205. 5 Idus Februarii.

19 B. Artaldus professus Portarum Prior Stevenae electus in Episcopum Bellicensem, postea dimisso Episcopatu obiit an. 1206 prid. Idus Octobris.

20. Bernardus ex Cartusiano factus Bellicensis Antistes obiit 2. Non. Maii an. 1208. Gallia Christiana refert ejus obitum an. 1204. 6. Mai.

21 S. Stephanus a Castellione professus et Prior portarum ad Episcopatum Diensem assumptus obiit an. 1213. 2. Junii.

22 Humbertus de Miribello Prior Silvae Benedictae factus Episcopus Valentinensis obiit an. 1220. 2. Kal. Maii.

23 Desiderius de Torcalquier Monachus Duebensis, deinde Diensis Episcopus obiit an. 1221.

24 Pontius de Eoyre, seu de Villars Prior Sellionis, deinde Episcopus Aletisonensis obiit an. 1221. prid. Kal. Maii.

25 Guillelmus ex Monacho Cartusiae, Gratianopolitanus Episcopus obiit an. 1223.

26. Oliverius ex Cartusiano Episcopus Coronensis obiit 1225. 10 Kal. Augusti.

27. Petrus Prior Reposatorii, deinde Episcopus Gratianopolitanus obiit 1249.

28 Lutoldus fundator Cartusiae Vallis Speciosae ubi et habitum suscepit postea Episcopus Basilensis obiit an. 1249.

~~29 Enricus ex Prior Portarum factus Episcopus Maurianensis~~

29. Amaedeus a Sabaudia professus Cartusiae Episcopus Maurianensis factus, obiit 1268.

30 Enricus ex Prior Portarum factus Episcopus Gemensis obiit 1275.

31. Pontius de Sabbera ex primo Priore S^{tae} Crucis in Caresio factus Episcopus Grassensis.

~~32~~ obiit an. 1278 8. Febr.

32 Delphinus Vannij Gozadinij Cartusianus, deinde Episcopus Pennensis, postea Forum Sempronii obiit an. 1434.

33 Gosmundus Gombar professus et Prior Dietensis, deinde Episcopus Scalosensis in Islandia dimisso Episcopatu rese in Cartusiam Majorem recipiens, ibidem decessit an. 1442. die 20 Julii.

34 Joannes Sivat professus, et Prior Aregpolis, postea Legetitanicae et Bellicarici, tandem Episcopus Ericastinensis decessit an. 1482.

35 Joannes Ingyby professus et Prior Thenae factus Episcopus Landavensis obiit an. 1499. 4. Idus Novembris.

36 Matthias Sattem professus Cartusiae Norimbergensis, postea Episcopus Sidonensis, et Suffraganeus Frisingensis in Bavaria, decessit an. 1575. 8 Junii.

37 Ludovicus Menendez professus et Prior Vallis Christi, postea Dertusensis Episcopus, obiit an. 1526. 9 Junii.

38 Leonardus Bonafides professus et Prior Florentiae, electus an. 1528 ad Sedem Cortonensem Etruriae postmodum dignitate, decessit an. 1545. 4. Febr.

39 Didacus Sarmiento professus et Prior de Covis, postea Episcopus Cubae in India Occidentali obiit an. 1547 die 30 Maii.

40 Henricus Man ultimus Prior Renae post cujus Monasterii destructionem, factus Episcopus Sodorensis in Scotia postea Londini, regnante Maria, decessit an. 1556. 19 Junii sepultus in Ecclesia Sti Andreae.

41 Franciscus de Casanova professus in Avenione, deinde Prior Bonijoannis, postea Avenione tandem Episcopus Aptensis obiit an. 1588. 6. Maii.

42 Andreas Honoratus Capella professus et Prior Scalae Dei, abinny. Domorum, factus Episcopus Urgellensis obiit an. 1609. 22 Junii.

43 Bruno Ruade an. 1611 die 12 Maii votis Professionis emisit in Cartusia Cariensi, ubi Vicarium agens vocatur Episcopatum Evanensem obiit an. 1645. 2 Februarii.

44.

Episcopi

C.

Episcopi qui Novitiatum egerunt apud Cartusienses

1. Alphonsus Cotatay an. 1444 die 16 Januarii Novitiatum exegit et indutus est in Cartusia Scalae Dei, quam dimisit die 15 Aprilis ejusdem anni ad instantiam Regis factus an. 14... Episcopus Abulensis, obiit an. 1455. 3 Nonas Junii.
2. Zacharias Generius Nobilis Vincentinus Ordinis S. Benedicti Monachus Abbas S. Benedicti in Monte Subasio, deinde novitiatum egit an. 1508 in Cartusia Mantuana ex qua per decretum Exp. tuli Jlis an. 1509 remissus, postea ob eximiam doctrinam Sebastensis Episcopus nominatur, tandem translatus ad Episcopatum Giennensem Romae decessit an. 1524; Descripsit cursu heroico vitam S. P. N. Brunonis, et alia multa poemata. 1. 2. 3. 4.

Episcopi qui Institutum Cartusianum complecti voluerunt.

1. S. Godefridus Episcopus Ambianensis dimisso Episcopatu sese recesserat in Eremum Cartusiae ubi mansit a festo S. Nicolai Episcopi usque ad Quadragesimae initium Synodali jussu coactus redire commissi sibi gregis regimen. obiit an. 1118 8 Junii. 1. 2.
2. Rolandus Taberna Episcopus Spoletanus fundator Cartusiae Parmensis moriens an. 1253 in sua Cartusia cum habitu Cartusiano, cultuque sepeliendum mandavit, emng. etiam ordinem professurus abdicato Episcopatu, si eo morbo discussu Deus diutius vivere cohibuisset. 3. 4.
3. Melchior de Moscoso Episcopus Segoviensis petiit licentiam ab Urbano VIII B. maximo qua sibi liceret Institutum Cartusiense amplecti in Domo Paulari dimisso Episcopatu 5.

verum nonnisi post Melchioris mortem advenit Pontificium Diploma, decesserat enim die 7 Junii 1632, relicta sanctitatis opinione, sepultus in dicta Domo.

Cartusienses designati in Episcopos

1. Petrus de Porta Prothopresb. Villaenovae designatus in Episcopum Avenionen= sem obiit an. 1361 14 Junii antequam hac dignitate potiretur
2. Raymundus de Commercio professus Domus Glanderii quondam electus in Episcopatum Salsatensem, obiit an. 1502.
3. Antonius de Sea professus et Prior de Arniago electus in Episcopum Funcalensem in Insula Maderae, priusquam consecraretur Matriti Decessit an. 1609 7. Augusti.
4. Bernardus Barcius professus Bononiensis Prior Florentiae a Ferdi= nando 1° Duce Etruriae in Episcopum designatus, mox praeventus an. 1612 die 5 Maii.

Cartusienses, qui latas sibi Dignitates Ecclesiasticas renuerunt.

1. S. P. Bruno oblatum sibi ab Urbano II Archiepiscopatum Regiensem in Calabria recusavit.
2. Gaufredus Cartusiae Antiquioris an. 1215 in locum Humberti Archie= piscopi Viennensis substitutus noluit electioni consentire.
3. Bernardus a Turre oblatum sibi Archiepiscopatum Bisontinum seu Declinatus sese recepit in Cartusiam Reposatorii, postea toti Ordini praefuit.
4. Guillelmus de Briançon Cartusianus electus in Ebredunensem Archiepiscopum, Seculo 13 repetit hanc Dignitatem amore contemplationis.
5. Anonymus Cartusianus, qui recusavit Episcopatum, de quo Dorlandus lib. 4. c. 26. Chron. Cartus.

6. Ioannes Birellus Cartusiae Prior oblatum sibi ab Innocentio VII Cardinalis Bitum, admittere noluit.
7. Ioannes de Brunschuwick professus Cartusiae Argentinensis, ubi Priorem egit in Domibus Friburgi; et Bonae Aluntiae electus in Archiepiscopum Moguntinum, maluit latere in abscondita facie Dei. Decessit an. 1601.
8. Guillelmus Raynaldi Cartusiae Prior oblatum ab Urbano V titulum Abbatis Sti pro Prioribus Cartusiae et Cardinalatum sibi a Benedicto XIII oblatum, noluit.
9. Franciscus Belli Prior Astensis professus Cartusiae Mediolanensis succedere Doctissimo Panigarolae in Episcopatum Astensis praeferens Insubris solitudinis quietem, ubi decessit an. 1626 11 Junii.

Abbates facti Cartusienses

1 Adam de Brabantia ex Abb. Aribergensi Ordinis Praemonstratensis factus est Cartusianus in Domo Witham tempore S^ti Hugonis.
2 Ioannes Abb. Abundantiae Ordinis Augustiniani Canonicorum, olim Regularium secul. abundantiam commutans ibidem sancte decessit an. 1202
3. Stephanus Abb. Sanctae Iustinae de Padua fit Cartusianus an. 1209.
4 Fridericus Abb. S^ti Lamberti Ordinis S^ti Benedicti in Suevia Superiori circa an. 1308 Cartusiense Institutum professus fuit in Domo Seyz.
5 Robertus Abb Aquilensis Ordinis S^ti Benedicti Dioecesis Attrebatensis voto Professionis nuncupans in Cartusia Parisiensi Deum extremum clausit an. 1328. 3 Kal. Aprilis in Domo Fontis Beatae Mariae.
6 Rodulphus Abbas Vallis Regis Ordinis Cisterciensis factus Abbas in Cartusia Vallis S^ti Petri circa seculum 13.
7. Hugo Fabri Abb. 33 Clumiaci factus humilis Monachus in Cartusia Vallis Sanctae Mariae ibidem S^e moritur 2. Kal. Febr. 1368

8 Robertus de la Val Abbas Sctæ Petri Senonensis habitum Cartusiensem suscipiens in Domo Lurciniace, ibidem feliciter vitae cursum absolvit. an. 1411 12 Julii.

9 Jacobus de Clesa Abb. Cisterciensis factus Cartusianus in Domo Cafon Diana obiit an. 1488. in Vigilia Apostolorum Jacobi et Philippi.

10 Robertus Bellensis Abb. S. Crucis Ordinis S. Augustini factus Abbas Nachus in Cartusia Vallis virtutis in Scotia decessit an. 1503. 21. Junij.

Abbates in Cartusiensi Ordine Assumpti.

1. Joannes Rhodes in Cartusia Taurinensi factus Abbas Sctæ Matthiae obiit 1489 primo Xmbris.

2. Joannes Ciesterhausen ex Cartusiano factus Prior in Stain, inde postea latus in Abbatem Mon.ii Maulbrunensis ordinis Cisterciensis, Concilio Basilensis interfuit Legatus Patrum ad Bohemos, et sibi a Deo vacaret, resignavitve, multo post vivere desiit ex volumine 2° Germaniae Sacrae Gabrielis Bucelini:

3. Franciscus professus Cartusiae Mediolanensis Prior Papiae, postea Abb. Sctæ Victoris Ordinis Sctæ Benedicti obiit 1461.

4. Joannes de Dotthechem professus et Prior Colonensis, postea Abbas S. Pantaleonis obiit 1464. 16 Augusti.

5 Godefridus Lechnich professus Cartusiae Colonensis in locum Joh. de Dotthechem Abbatis Sctæ Pantaleonis defuncti suffectus, decessit an. 1483.

6. Volfangus Scaffendrat professus et Prior Cartusiae in Axpach 1483 a Friderico III Imp. nominatus Abb Mellicensi Mon.ii Austriae Inferioris obiit circa 1491 ex Bucelino Germania Sacra.

7 Joannes Baptista Burinus professus Papiae, olim Prior Papiae Romae, et Neapolis, postea magnus Commendator Spitalis S. Spiritus in Urbe, et ejusdem ordinis Eques decessit an. 1588. 29 Januarii.

10

Episcopi abdicata Pontificia dignitate facti Cartusiani.

1. Aldricus, sive Odolricus Episcopus Diensis habitum suscipiens Cartusianum obiit an. 1145.
2. Engelbertus Episcopus Cabilonensis factus Cartusianus praefuit Domibus Vallis Sancti Petri, et Montis Dei: obiit an. 1202.
3. Gotfredus de Bouogogne Episcopus Lingonensis fundator Cartusiae Lugnaci ubi professus Institutum nostrum. Decessit an. 1178. 4. Jan. 1.
4. Guglielmus a Venetiano Episcopus Vticensis fundator Cartusiae Vallis bonae, ubi factus Monachus obiit an. 1203. 2.
5. Hugo Episcopus Aurelianensis an. 1206 factus Monachus in domo Lugeti. Decessit an. 1208. 3
6. Guglielmus de Soleriis Episcopus Colonensis circa an. 1212 factus Monachus in Cartusia Vernae, postea factus Procurator in domo Montis Rivii an. 1219. 3.
7. Guglielmus de Sancta Maria Episcopus Londinensis, quia dignitate an. 1221 26 Jan. dimissa, factus Cartusianus in domo Witamensi, cui et praefuit, moritur an. 1236. 4.
8. Walterus religiosus Ordinis Praedicatorum Dungoganensis Episcopus, factusque postea Monachus in Cartusia Herbipolensi, ibidem decessit an. 1380, 2 Febr. 5
9. Guillelmus Cheilsonius Episcopus primo Dumblanensis, 2° Vasionensis abdicato Episcopatu, factus Monachus Cartusiae decessit Romae an. 1593. die 21 Junii, ibidem Exequiis ornatus.
10. Amblardus Episcopus Diensis fit Monachus Excubiarum an. 1256 ubi obiit 13. Kal. Sbris. 6

7

~~Episcopi qui Institutum~~

Iudicium Religiosorum Ordinis Cartus: qui ab Ethnicis, Saracenis, et Mahumetanis, haereticis, aliisque impiis pro Catholica fide, ac pietate, vel integritate, vel persecutionem passi fuerunt.

1. R. P. Laudinus 2 Prior Cartusiae C. unitate Ecclesiae a suis to Pseudopontifice detentus in carcere ibidem inedia macerat expiravit an. 1100 14 Kalendas.
2. Beatus Stephanus Episcopus Diensis diuturno mortificationis martyrio consumptus decessit an. 1213. 7 Kalendas. cujus Corpus 9d. ad 16 seculum incorruptum perstitterat apud Diensem, Calvinianus furore ignibus illatum novo fuit martirio affectum. Ecclesiast. Baronius.
3. Nicolaus Saurdus Cartusianus Nuncius Apostolicus apud Florentinos post multa tormenta vivus sepelitur ab ipsis Florentinis an. 1376. B. Zuorus Annal. t. 14. ad annos 1376. § 10 Odoricus Raynal. t. 16 Chron. ad an. 1376 § 10
4. Cartusiani Domus Paradisi B. Mariae V. juxta Dantiscum a Cartaris interfecti circa seculum 14 die 14 Kalendas ex litteris D. Erasmi ejusdem Domus prof: ad nos scriptis.
5. Margueradus de Wattenberg. vir non minus doctrinae, et sanctimoniae celebri quam ob natalium splendorem, multa passus ab Hussitis haereticis Priorem agentis Pragensis Cartusiae tandem exul a sua Domo sancte fine quievit an. 1420 6 Kal Jun. Ex hist. Bartholai Aloysii Balbini e Soc. Jesu.
6. Petrus Galletus oblatus Gorgonae circa an. 1420 a Mahumetanis Cathalis in capite percussus gravate post mortem septuagenarius
7. Pragenses Cartusiani an. 1421 die 28 maii ab Hussitis in odium Fidelitatis Ordini Cisterciensi Cruciandantur post Scissam Pragensem Cartusiam, nonnulli Monachi ese in praefatum Coenobium

recyperant, qui una cum Cisterciensibus fuerunt occisi, ut testatur Caulus Longius in Chronico Cisterciensi;

8 Andreas Monachus Ruti Beatae Mariae una cum Fratre Converso interfectus fuit ab Hussitis an. 1425 ex hist. Dom Gustavi Dalbini Soc. Jesu.

9 Joannes Conversus Sorgoniae, qui a Saracenis Eunuchus factus inter vincula in Christiana Religione perseverans, in libertatem filiorum Dei evocatur pia morte, cujus obitus fuit 1426.

10 Petrus Rector Domus Dolano, seu Domus Obnuccensis an. 1428 occiditur ab Hussitis cum aliis Monachis de quibus Lach an. 1428. obiit B. Petrus Rector in Dolano cum aliis fratribus suis Pragensibus.

11. Joannes Saxo Prior Domus Subecensis vir devotus, et miraculis simplicitatis a quodam impio necatur an. 1483 die 11 Junii ex Chronico Selanico cujusdam Anonymi Auctoris.

12 Rodulphus Eracy Prior Hene. Cons. Angliae vir religiosissimus una cum Willelmo Lagh ejusdem Domus Monacho interimitur a quodam nefario an. 1503 die 21 Maii ex quodam ms. S.S. Carthusiae Erfordensis.

13 Franciscus de Padilla de Caular primus Rector Domus Granatensis a Mauris in odium fidei una cum suo famulo an. 1516 die 11 Januarii peremptus Martirii Palmam adipiscitur.

14. Simon Pros Nurembergae hospes Domus Herbipolis, qui multis et gravis a Lutheranis persecutiones usque ad mortem pro Ecclesia

xx. Dei patienter sustinuit moriens an. 1526 10 Aug. Hoc testatur Carta, Capitularis an. 1526.

15 Jacobus Molina professus de Caular hospes Carthusiae Romanae, Germanis Urbem devastantibus ibidem a Lutheranis et multis hominibus prae multa tormenta, cum nollet S.tae Crucis Religionem prodere ad columnam lapideam in parvo Claustro ligatus vivus comburitur 1527 circa 7 Maii ex ms. S. Lib. Cart. Bruxellensis, et vita Beati Bruni Gondani.

16 Andreas professus Brunae Prior in Seis a Turcis coactus, Cortius

16. et occisus coronati. Martinio etc. 1531 die 3 Martii ex Carta Cap. Sti et ex Necrologio Domus Sej.

17 Sigismundus professus, et Procurator Maurbacensis Everardus, Joannes, et Michael Conversi professi ejusdem Domus an. 1529 die 24 Junij a Turcis inaniniter occiduntur, cum his occubuit Frater Sebastianus redditus Sacerdos hujus Monasterii, qui fracto a Barbaris ostio Corporis obiecta, et bipennem nonsine strage edituy in Turcas exercens irruptionem fortiter sustinuit quoad preciso ab humeri brachio, et praelianci finem, et vivendi fecit ex cranio Cartusiae Maurbegh.

18 Benedictus Monachus professus in Lemos, et Antonius Conversus professus ejusdem Domus hospitis in Maurbach ead. die, et eta cum supradictis interimuntur ex cod. Cranio.

19 Modestus professus Brunae et colytus a Turcis crudeliter occidi-tur. ex Carta Cap. Sti an. 1531.

20 Nicholaus de quo sic Carta Capitularis an. 1532. obiit D. Nicholaus Monachus professus Liforduae, qui in medio Lutheranorum stabilis in fide Christi usq: in finem permansit.

21 Joannes Conij Prior Dantiscensis an. 1524 die 8 Junij horrendum in modum a Lutheranis Cartusiam dirijuentibus crudeliter decessit an. 1533 15 Februarii ex Cranicis Cartusiensis.

22 Bernardus Meyyis de quo Carta Capitularis an. 1533 agit his verbis: D. Bernardus Meyyis professus Domus Hussiae, qui in Lutheranis multa perpessus est, et in loco, et in opere Sancto obiit, scilicet in Ecclesia laudibus Divinis p. cum decantatis die 24 Martii.

23. Martinus Gallicus Prior Argentinensis, ubi praefuit ab an. 1508 usq. ad an. 1534, quo decessit die 18 Jun, cujus meminit Carta Cap. Sti an. 1529 in hunc modum: Prior Domus Argentinae non sit misericordia ejus contentus in Deo gratulamur, qd videlicet una cum residuis fratribus magis elegit afflig. cum populo Dei, quam temporalis peccati cum miseria exportatis habere incunditatem. in Carta an. 1534 ejus obitus sic notatur:

obiit D. Martinus Prior Domus S^te Marie Argentinensis, qui pro amore Christi, et Ecclesie Catholice defensione a Lutheranis multa passus est.

24 Joannes Haughton Prior Londoniarum Robertus Laurens Prior Belle in Albis, et Augustinus Webster Prior Visitationis Beate Marie cum se prebuerunt indevictos S^te Romanae Sedis assertores sub Enrico VIII Anglie Rege Lequeo suspensi an. 1535 die 4 Maii Martyrio coronantur ex brev. Mauritii Chanchaei.

25 Humfridus Middlemore Vicarius Londoniarum Willelmus Horne procurator ejusdem Domus, et Sebastianus Newdegate Monachus ejusd Domus die 19 Junii an. 1535 ead. supplicio afficiuntur quo Joannes Houghton, et ejus socii.

26 Hieronymus Rebellapurtis professus Bristoe ubi praefuit ab an. 1502 usq: ad 1536. quo e vivis excessit die 9 Jan. aetatis sue 75, qui ut tentatur Carta Capitularis an. 1536 ab haeresibus in quor. medio Religiosos suos in fide Christi, et Ordine obedientia conservavit multa passus est.

27. Joannes Rocrester, et Jacobus Vannert Monachi Londinenses an. 1537 5° Idus Maii in Civitate Eboracensi Lequeo necantur pro S. Romanae Ecclesiae defensione.

28. Richardus Bevor Sacerdos, Thomas Colinson Sacerdos, Joannes Green Sacerdos, Joannes Dean Diaconus professi Londiniarum, et F.F. Willelmus Swanwode, Willelmus Person, Thomas Laynen, Robertus Feckt, Thomas Rhedyns, et Willelmus Horne Conversi Londoniarum die 19 Maii an. 1537 iussu Enrici VIII Anglie schismatici Regis capti ad squallidas, et foetidas carceres demptis uno fratre Converso Willelmo Horne brevi temporis spatio fame inedia extincti feliciter migrarunt ad Deum.

29 Willelmus Horne conversus Londoniarum, portgyum per